



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Flavii Vopisci Syracusii Firmus, Saturninus, Proculus Et Bonosus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

FLAVII VOPISCI SYRACUSII
 FIRMUS, SATURNINUS,
 PROCULUS
 ET
 BONOSUS.

MINUSCULOS tyrannos scio plerosque tacuisse, ¹ aut breviter præterisse. Nam & Suetonius Tranquillus, emendatissimus & candidissimus scriptor, ² Antonium & Vindicem tacuit, contentus eo quod eos cursim perstrinxerat: & Marius Maximus, qui Avidium Marci temporibus, Albinum & Nigrum Severi, non suis propriis libris, sed alienis innexuit. Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare brevitatem. Quid Marius Maximus, homo omnium verbosissimus, ³ qui & mythistoricis se voluminibus implicavit, ⁴ non ad istam descriptionem curamque descendit? At contra Trebellius Pollio ea fuit diligentia, eaque cura in edendis bonis malisque principibus, ut etiam triginta tyrannos uno breviter libro concluderet, qui Valeriani & Gallieni, nec multo

supe-

CASAUBONUS.

¹ FIRMUS, SATURNINUS, PROCULUS ET BONOSUS.] Scripta lectio: De Firmo, Saturnino, Bonoso & Proculo. sed diverso ordine duo posteriores infra explicantur. FIRMUS in veteri nummo dicitur ΦΙΡΜΙΟC: omnes tamen libri veteres Firmus non Firmius.

² Minusculos tyrannos scio plerosque tacuisse, aut breviter præterisse.] Sic minusculos imperatores dixit Lampridius in Alexandro. præterire in hoc loquendi genere idem significat ac si diceret, perstringere.

³ Antonium & Vindicem tacuit.] Lege Spartianum in Pescennio Nigro.

⁴ Qui & mythistoricis se voluminibus

implicavit.] Spartianus in Opelio Macrino de Junio Cordo: quæ ille omnia exequendo, libros mythistoricis replevit tælia scribendo.

⁵ Non ad istam descriptionem curamque descendit?] Tollenda interrogationis nota: quæ sensum menti auctoris efficit contrarium. vel scribe, num ad ist. aut cur non ad ist.

GRUTERUS.

⁵ Num ad istam descriptionem curamque descendit.] Sic Pal. non ut editur non ad istam.

SALMASIUS.

¹ FIRMUS.] Firmius in nummis vocatur. & Firmus & Firmius inter nomina Romana. firmiter tamen heic nostri libri Firmus retinent.

Xx 2

1 Quare

superiorum aut inferiorum fuere principum temporibus. ¹ Quare nobis etiam non minima fuit cura ut dictis Aureliano, Tacito & Floriano, Probo etiam magno ac singulari principe, quum dicendi essent Carus, Carinus, & Numerianus, de Saturnino, Bonoso, Proculo, & Firmo, qui sub Aureliano fuerant, ² non taceremus. ³ Scis enim, mi Basse, quanta nobis contentio proxime fuerit cum amatore historiarum M. Fonteio, quum ille diceret FIRMUM qui Aureliani temporibus Ægyptum occupaverat, latrunculum fuisse non principem: contra ego mecumque Rufus Celsus, & Ceionius Julianus, & ³ Fabius Sossianus contenderent, dicentes illum & purpura usum, ⁴ & percussa moneta AUGUSTUM esse vocitatum. quin etiam nummos ejus Severus Archontius protulit: de Græcis autem Ægyptiisque libris convicit, illum ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ in edictis suis esse vocitatum. Et illi quidem adversum nos contendenti hæc sola ratio fuit quod dicebat ⁵ Aurelianum in edicto suo non scripsisse quod tyrannum occidisset, sed quod latrunculum quendam à Rep. removisset: ⁶ perinde quasi dig-
ne

¹ Quare nobis etiam non minima fuit cura.] Nescio quid heic tumultuatur ac titubat editio vetus: quare nobis quoque etiam si non tamen minima fuerit cura.

GRUTERVS.

¹ Quare nobis etiam non minima fuit cura, ut dictis, &c.] Pal. Quare etiam quoque etiam si non tamen minima fuerit cura, ut dictis.

CASAUBONUS.

⁴ Et percussa moneta AUGUSTUM esse vocitatum.] Testis nummus quem profert Hubertus Goltzius de studiis antiquitatis optime meritis: ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΙΡΜΙΟC. ΕΥC. ΕΥΤ. CΕΒ. ΕΤΟΥC. ΠΡΩΤΟΥ. ubi vides & AUGUSTI & ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC appellationes.

⁵ Aurelianum in edicto suo n.] Illud ipsam intelligit, quod paullo post recitatur. etsi latronem ibi vocat Aurelianus, non latrunculum.

SALMASIUS.

² Scis enim, mi Basse, quanta nobis.] Sic supra in Aureliano idem Vopiscus, parvi, mi Piane, præceptis. ita enim vetus ibi liber. ubi fortasse scribendum: parvi, mi Riane, præceptis. follemne est enim illi libro Rin P mutare.

³ Fabius Sossianus.] Edit. vet. Sossianus. perperam. nam Sossii, & Sossiani in Romanis nominibus noti.

⁶ Perinde quasi digne tanti princeps nominis.] Vet. ed. perinde quasi dignitate princeps nomine. forte: quasi dignus tantus princeps nomine. sed nihil mutem potius.

¹ Hemi-

ne tanti princeps nominis debuerit tyrannum appellare ¹ hominem tenebrarium, ² aut non semper *latrones* vocitaverint magni principes eos quos invadentes purpuratos necaverunt. ³ Ipse ego in Aureliani vita prius quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non inter purpuratos habui, sed quasi quendam latronem: quod idcirco dixi, nequis me oblitum existimaret mei. Sed ne volumini, quod brevissimum promisi, ³ multa connectam, veniamus ad Firmum. FIRMUM patria Seleucia fuit: tametsi plerique Græcorum alteram tradunt, ignari eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus præfectus Ægypti, alter dux limitis Africani, idemque proconsul, tertius iste Zenobiæ amicus ac socius: qui Alexandriam Ægyptiorum incitatus furore pervasit, & quem Aurelianus solita virtutum suarum felicitate contrivit. De hujus divitiis multa dicuntur. ⁴ Nam & vitreis quadraturis bitumine

¹ *Hominem tenebrarium.*] Eadem editio, aliæque veteres omnes constanter habent: *hominem tenebrarum*, an *homo tenebrarum*, pro tenebrione vel tenebrario? sic *ἀνθρώπων αἰματώων* Græci dicunt, sanguinarium. sic *homo iocorum* nobis alibi notatus, pro homine multi joci.

CASAUBONUS.

² *Aut non semper latrones vocitaverint magni principes eos q.*] Non solum principes, sed quicumque fere de iis sunt locuti, qui imperium per vim occuparunt, latrones eos dixerunt: ut M. Tullius Antonium in Philippicis, & in epistola ad Plancum: historici passim: ut cum Aurelius Victor scribit Calocerum qui Cyprum insulam specie regni capessiverat, à Constantino excruciatum *seroili aut latronum more*, apud Capitolinum sæpissime Maximinos sic legas nuncupatos. sic & alii.

³ *Ipse ego in Aureliani vita prius quam de Firmo cuncta cognoscerem, Firmum non*

inter purpuratos habui.] Scripsit enim eo loci: *Firmus quidam extitit, qui sibi Ægyptum sine insignibus imperii, quasi ut esset civitas libera, vindicavit.*

⁴ *Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis insertis, domum induxisse perhibetur.*] Præter vitreamina quorum notus est usus omnibus, & vitreas fenestras, quarum Hieronymus & alii mentionem faciunt, habuerunt veteres & alia vitra ad aedificiorum suorum ornamenta. nam & solum vitro sternebant, ut in thermis Agrippinis factum: & pro pariete vitrum adhibebant, ut in Scauri theatro: & tandem vitreas cameras facere instituerunt, sicut Plinius docet lib. xxxvi. cap. xxv. Seneca epistola lxxxvi. *At nunc quis est, qui sic larvari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus resulservunt; nisi vitro absconditur camera.* Eo pertinuerunt vitreae hæ quadraturæ, quibus Firmi domus inducta. *quadraturas* appellat *τῶν αἰκῶν* non *ῥομῆ βοειδῆς*, qualibus hodie fe-

re uti mos est, sed quadratas. Fuere antiquissimi architecti, qui non vitri quadraturis, sed operibus tectoriis parietes ita expolirent, ut Vitruvio teste in secundo, vitri pelluciditatem viderentur habere. In ea vero quæ Apostolica dicitur historia, etiam columnas vitreas miræ magnitudinis in æde quadam fuisse, ad quas contuendas multi venirent, legere memini. Porro autem cum parietes vitreo inducebant, quadraturas bitumine & aliis medicamentis committebant, quasi unum esset ac conrinuum vitrum: quod hic *Φιλομαθίας* & curiositatis gratiâ auctor nos docet. Legi apud veterem Jüvenalis interpretem, solere vitrum sulfure solidari. aliud in eam rem medicamentum Isidorus habet in duodecima origine: *Omnia*, ait, *admixta calce glutinare fertur vitri fragmenta.*

SALMASIUS.

4 Nam & vitreis quadraturis bitumine aliisque medicamentis inferitis domibus induxisse perhibetur. Variis rebus solebant veteres, domorum parietes ornare. aut enim picturis condecorabant, & coloribus udo tectorio inductis: aut marmore operiebant, quod genus *ὀρθόσπρωσις*, & *ὀρθομεμερωσισ* vocabatur: aut deaurabant: interraso etiam plerumque marmore, vermiculatisque ad effigies animalium crustis depingebant. & hoc postremum luxuria invenit Claudii principatu. vide Plinium lib. xxxv. cap. i. at sub Nerone inventum, ut refert idem Plinius eodem loco: *maculas quæ non essent in crustis inferendo unitatem variare, ut oratus esset Numidicus, ut purpura distingueretur Synnadicus, qualiter illos nasci optarent delicie.* ad eum usum igitur veteribus noti non erant pilotaperes quibus hodie totos parietes obtegimus & intendimus ad ornamentum saltem in communi & promiscuo usu non erant. Attalica tamen aulae contegendis etiam parietibus in domibus magnatum usum præbuisse scio.

tapetiarias vulgo vocamus. solebant autem etiam veteres, & abacorum formis speculorumque orbibus ex vitro aut alio pellucido lapide parietes distinguere, sed & vitreis quadraturis insertis inducere, ut hec de Firmo habemus. de speculis quæ in parietes ad ornamentum inferebantur, Plinius lib. xxxvi. cap. xxvi. *in genere vitri & obsidiaria numerantur, ad similitudinem lapidis quem in Æthiopia invenit Opsidius, nigerrimi coloris, aliquando & translucenti, crassiore visu utque in speculis parietum pro imagine umbras reddente.* Vitruvius lib. vii. c. iii. *ipsaque tectoria abacorum, ac speculorum divisionibus inter se prominentes habent expressiones.* Seneca *orbes* vocat, epist. lxxxvii. *pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis & pretiosis orbibus resulerunt: nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint.* Speculorum autem formæ rotundæ. inde *orbes* Seneca. ita & abacorum. eorum certe qui ministerium sustinebant, quæ & delphicæ dicebantur. inde *orbis Lacedæmonius* Jüvenali pro abaco ex marmore Laconico:

Et Lacedæmonium pythismate lubricat orbem.

quem vulgo de pavimento accipiunt docti. erant & quadrati abaci, ut logistici, & columnarum abaci. & verius est ea forma fuisse parietum abacos. sic enim alternatim distinguebantur parietes abacorum speculorumque divisionibus, hoc est figuris quadratis & orbiculatis prominentibus. hinc *specula & abaci* junctim positi apud Vitruvium parietibus decorandis. ita etiam apud Plinium lib. xxxv. cap. i. *non placent jam abaci nec specula in cubiculo nitentia.* hodie apud Plinium illo loco legas, *nec spatia montis in cubiculo delitentia*, immani correctorum flagitio. scriptum erat antiquitus in Plinio *specula*. sic enim tum scribebant. ut *circlos, arcas, fiblas*, & similia. inde librariorum errore factum *specia*, ut facile in i soleat mutari. hinc correctores *spatia montis*

tumine aliisque medicamentis infertis domum induxiffe perhibetur: & tantum habuiffe de chartis ut

montis fecerunt. nec hoc contenti, in angulum etiam cubiculi hæc spatia montis inlatabrarunt, & delitentiã pro nitentiã reposuerunt. at specula & abacos Plinius junctim posuit in parietibus cubiculi, ut Vitruvius, *speculorum & abacorum divisiones. speculorum cubiculi meminit & Synopsi Basilicã* lib. xlv. his verbis: οὐκ ἀνεκαταλείποντες οὐδὲ οἱ κέρραμι ἀεὶ ἐξέχοντες, ἐξ ὧν αἰσθητοὶ μέρη ὄντες ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο πρὸς ἐμβλήματι τῶν δόξωμένων σκευῶν, ἢ τὰ ἀπέκλασται οὐκ ἔστιν. verba Jurisconsulti quæ his Græcis reddita sunt, habentur in leg. 3. D. de vit. vin. vel oleo leg. Et Celsus inquit vino legato, etiamsi non sit legatum cum vase, vase quoque legata videri. non quia pars sunt vini vase, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte vel speculi. apparet ex horum locorum comparatione, Græcorum auctorem non sic legisse apud Jurisconsultum, ut hodie legitur, sed hoc modo: non quia pars sunt vini vase, quemadmodum argenti scyphorum forte, vel speculorum cubiculi. & hanc geminam germanam illius legis lectionem præstare ausim. dux illæ voces, *speculorum cubiculi*, in unam coaluerunt, vitio librariorum, & ex his factum *speculi*. quod genus errati non semel in Pandectis Florentinis commissum esse nemo nescit, nemo negat. Errat vero longe, mea quidem sententia, vir doctissimus, qui in notis ad Synopsin Basilicam scribit, *specula domus esse, quæ & specularia dicuntur in leg. questum. D. de instruct. & instrum. leg. ubi negat Jurisconsultus instrumento domus legato deberi specularia & vela, quæ voluptatis causa in domo sunt, frigoris forte per aestatem vel umbra arcessenda caus. specula sic pars erant domus, ut emblemata scyphorum argenteorum. ita enim plane specula in parietes inferebantur, & immittebantur, ut emblemata in pocula. nec male faceret, qui specu-*

la, parietum emblemata vocaret. vitrea quoque ista quadratura, quibus domum suam induerat Firmus, parietum plane emblemata fuere. nam sic ista vitrea quadratura in parietes domus Firmianæ erant immixta, & inserta, ut in vas solent emblemata. ideo dicit, *insertas bitumine aliisque medicamentis fuisse. insertas id est immixtas in parietem, & illigatas. infereve enim est ἐμβάλλειν. unde hæc inserta, ἐμβλήματι. Publius:*

Frugalitas inserta est memoria boni.

quod tam de vestis inserta quam de vase accipi potest. nam & clavum vestis & poculi, Græci dicunt ἐμβλήματι. hæc inserta autem pro insertio; ut missa pro missio: remissa pro remissio: declamata pro declamatio, & similia sexcenta. magno errore insertas istas quadraturas vitreas, Casaubonus interpretatur, commissas & continuatas, opera bituminis aliorumque medicamentorum, ita ut unum esset ac continuum vitrum, quo Firmi domus erat induta. nihil absurdius. vitrum inferere, aut vitreas quadraturas, non est invicem & inter se committere & conjungere, sed aliquo immittere. bitumine igitur insertas quadraturas intellige, quæ in parietes insertæ, & illigatæ bitumine erant. faciebat enim bitumen, & alia id genus medicamenta, ut vitrea illa quadratura in pariete fixæ & conligatæ tenerentur. nihil igitur opus erat curiose ad hunc locum adferre quo genere veteres vitri fragmenta solidarent, glutinarentque. nihil enim hoc prorsus ad hujus loci mentem.

[Tantum habuisse de chartis.] *Tantum de chartis*, pro tantum chartarum. ita enim tunc loqui vulgariter solebant. sic caput de aquila, rostrum de ave, vestis de altari, pro, caput aquilæ, rostrum avis, vestis altaris.

CASAUBONUS.

¶ *Tantum habuisse de chartis, ut publice sæpe diceret, exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Et papyri aliquis ad vescendum fuit usus: & glutini chartarum materia alimonix apta. fiebat enim è farina vel pane multifariam, auctore Plinio lib. XIII. Medici eos qui sanguinem excreant glutinum quo charta glutinatur in modum sorbitionis præcipiunt haurire, ut Marcellus empiricus, cap. XVI. Quare potest sic accipi hic locus, ut dicat Firmus tantam habere se papyri & glutini, sive materiae ad glutinum, aggestam copiam, ut illis ipsis exercitum posset alere. Sed malo de pretiis accipere istarum rerum. Hic Firmus in Ægypto negotiationem chartariam exercebat. cum autem non fere alibi quam in ea provincia charta conficeretur, cujus usu maxime humanitas vitæ constat, minus mirandum est, quod hic dicitur. Narrat Olympiodorus vetus historicus excitationem Athenis sua ætate quaestionem de libris qui glutinantur, cum vellet scire ejus glutini modum: quod problema cum Phillatius Olympiodori frater, homo in disciplinis probe exercitatus solvisset, tanti cives illum fecerunt, ut ipsius imaginem publice consecrarent. Photius: Ζητήματα ἐν ταῖς Ἀθῆναις ἀνακύψαντι ἀεὶ τῷ κεκολλημένῳ βιβλίῳ μαθεῖν τοῖς ἐπιζητῶσι τὸ μέτρον τῆς ἰσότητος. Φιλλάτιος (sive Φιλτάτιος) ὁφθαλμῶν ἀεὶ γραμματικῶν ἔχων, τῶν ἀπίδειξεν. ἢ ὁδοκίμησας τυχερῶς τῶν πολιτῶν εἰσι.

SALMASIUS.

¶ *Exercitum se alere posse papyro & glutino.*] Utrum speciebus ipsis, hoc est vero papyro, & glutino exercitum alere se potuisse dixerit Firmus, an vero de pretiis istarum rerum sit accipiendum, dubitant ad hunc lo-

cum eruditissimi viri, & mañunt tandem de pretiis papyri & glutini accipere. Crassus negabat divitem esse, nisi qui annuo reditu legionem alere posset. at unus hic Firmus multos Crassos, aut multos ad illam Crassi normam divites divitiis superavit, necesse est, qui non solum legionem unam, sed exercitum ex pluribus constantem legionibus alere poterat, vel solo annuo reditu quem ex chartis redigebat. quis vero putet solas eum chartas in reditu habuisse? sed de pretiis chartarum ne hoc loco quippiam, verat loquendi genus quo in hac re exponenda usus est Vopiscus, sic enim sine dubio loquutus esset, si de pretio chartarum intellexisset: *Tantum habuisse de chartis, ut publice diceret, earum pretio exercitum alere posse: vel, eis exercitum alere se posse.* nunc cum dicat eum tantum habuisse chartarum, ut earum papyro & glutino publice diceret exercitum se alere posse, manifestum est eum intellexisse non de pretiis chartarum, sed de illis duabus speciebus, ex quibus charta constabant, papyro nempe, & glutino. Papyrum autem edule fuit apud Ægyptios. Plinius: *mandunt quoque crudum decoctumque, succum tantum ejus decorantes.* Ægyptius vero hic Firmus qui dicebat exercitum alere se posse papyro, & in Ægypto imperium occupaverat, totamque Ægyptum tenebat, ut liquet ex epistola Aureliani infra posita, ubi & eum latronem Ægyptium vocat. *παυροφάγος* Ægyptii dicebantur ab esu papyri. Scholiastes Æschyli ad illud,

Βύβλι δὲ καρπὸς ἐκαστῆς γῆρας, ἐπεὶ παυροφάγοι Αἰγύπτιοι. Glutinum quoque quo charta glutinabatur, alimonix aptum. duas ejus species refert Plinius, & utramque edulem. vulgare glutinum è pollinis flore temperabatur, fervente aqua, minimo aceri adpersu. optimum vero erat

erat ad chartas, quod ex molli panis fermentati colata aqua fervente parabatur. Dicebat igitur hic Firmus tantum se habuisse chartarum, ut earum papyro, priusquam charta ex eo fierent, & glutino quod in eas conficiendas impendebatur, exercitum alere posset. ex hoc æstimandum quantum chartarum habuerit. charta autem qua veteres utebantur, ut jam nemo nescit, ex papyro & glutino constabat. in Ægypto tamen, ubi charta fiebat, & papyrum nascebatur, glutinum ad confectioem chartæ non adhibebant, sed vicem ejus, turbida Nili aqua utebantur ad glutinandas chartas. Romæ recubantur in officinis chartariorum, & glutinum ad eam rem adhibebant ita tenue & læve, ut Nili aquam superaret. ita tradit Plinius. videntur tamen Firmi ætate non amplius liquore Nili turbido usi esse Ægyptii in conglutinandis chartis, sed glutino. & id ex hoc loco fortasse colligi possit. Sed quoniam heic sumus, nihil impedit quominus totam hanc rationem conficiendæ chartæ, quam fieri poterit paucis, exponamus, quæ à Plinio pridem prodita est, à doctissimis vero hujus ætatis hominibus minime intellecta: immo gratum fortasse studiosis faciemus, & gratiam ab illis inibimus. Ex papyro acu diviso in tenuissimas, & latissimas philyras chartæ preparabantur. tenuissimæ scindebantur, & optimæ circa medium, & inde scissuræ ordine usque ad exteriorem corticem, qui ne ad funes quidem nisi in humore utilis erat. ex tenuissimis philyris, optima & tenuissima charta texebatur: ex minus tenuibus, minus bona. modus autem conficiendi hic erat. philyræ primum tam longæ, quam longum papyrum unde erant exlectæ, poterat esse resectis utrinque prælegminibus, in tabula Nili aqua madente extendebantur, & statuebantur. & hæc prima scheda supinæ tabulæ adlita, vicem statumini vel staminis in tela extensi ob-

tinebat. super istas philyras directas in tabula & extensas, quæ primam schedam constituebant, aliæ deinde transversæ collocabantur & adlinebantur, in modum cratis. nam crates sic texebantur, ex directis scilicet, & transversis virgis. sic etiam subtemen in tela transversum stamini inseritur. hinc in charta quoque, prima scheda quæ in rectum tabulæ adlinebatur, dicebatur *stamen* sive *statumen*; altera vero quæ transversa ponebatur, *subtemen*. Plinius cap. xii. lib. xiiii. *igitur è secundo corio stamina facta sunt, è primo subtemina.* hinc & texti charta dicebatur, quod in morem plane telarum texeretur, & stamen suum, suumque subtemen haud minus quam tela haberet. idem Plinius loco dicto: *texuntur omnes madente Nili aqua.* & paulo post: *alius igitur iterum texendis labor.* Cassiodorus: *pulcrum sane opus Memphis ingeniosa concepit, ut universa serimia vestiret, quod unius loci labor elegans texisset.* Lucanus:

*Nondum flumineas Memphis contexere
biblos*

Noverat.

tota igitur chartæ textura ex stamine, & subtemine constabat, ut & telæ. stamen autem chartæ ex multis philyris in tabula extensis & *ὑφὸν ἰσθμῶν* positis concinnatum erat, ut stamen telæ ex multis liciis. subtemen quoque chartæ plures habebat papyri philyras transversarias, ut telæ subtemen plura-fila, quæ transversa stamini inferebantur per radios textorios. hæc tamen differentia chartarum telarumque texturæ, quod in chartis subtemen imponebatur stamini, & glutini ope stamen ad subtemen connectebatur. in tela autem subtemen stamini inferebatur, & per medium decurrebat. sed verba Plinii videamus, quibus hanc rem exponit. ita autem legenda sunt ex vestigiis antiquæ scripturæ: *texuntur omnes tabula madente Nili aqua. turbidus liquor glutinis præbet vicem. primo supina tabulæ scheda adlinitur longitudine papyri,*

quæ potuit esse præseginibus utrinque amputatis. transversa postea cratem peragit. primo supinam tabulæ schedam adlini dicit, & intelligit statumen ex pluribus papyri philyris rectum in tabula extensum. transversam vero schedam vocat, quæ supinæ schedæ decussatim imponitur, quæque cratem peragit, & subteminis loco est. utraque autem scheda, statuminaria nempe illa, & hæc transversaria, ex pluribus minutiis, hoc est philyris erant compositæ. hinc Cassiodorus de charta: *junctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentium herbarum.* Postquam utraque scheda, supina scilicet & transversa, ad eum quem dixi modum contexta, subtemenque stamini connexum esset, & Nili turbido ingesto liquore conglutinatum, prælis premebatur: exemptæ deinde prælis plagulæ sole siccabantur, atque inter se jungebantur, hoc est in scapum digerebantur. Plinium ipsum audiamus: *premuntur deinde prælis, & siccantur sole plagula, atque inter se junguntur.* Guilandinum mittamus, nam heic plane cæcutiit: sed virum summum. Guilandini castigatorem, quomodo hæc intellexerit, videamus. primum legit, *& siccantur solæ plagula.* deinde ita intelligit, exemptas schedas destructo ordine cratis solas per se separatim siccari. nimirum hoc modo mentem Plinii non assequutus, nec chartæ contextendæ modum. nam si cratis ordinem destruxeris, quem ex supina transversaque scheda peragi dixit Plinius, chartam omnino perdes, ac retexes. hæc in morem cratis, ut diximus paulo ante, texebatur. primo enim sternebantur supinæ in tabula philyræ parallelæ, quæ statuminis vel staminis vicem erant, & schedam illam, quam vocat supinam Plinius, constituiebant: deinde totidem transversæ philyræ supinis illis supersternebantur, quæ cratem peragebant. & hæc scheda est, qua transversa cratem peragi scripsit idem Plinius. nam schedam hoc loco vo-

cat ille, non singulas philyras, sed ex pluribus philyris simul junctis statumen compositum: sicut stamen in tela ex pluribus liciis parallelis concinnatum statuitur. quemadmodum autem tela non ex solo fit stamine, sed ex stamine simul, & subtemine contextitur; sic plane charta non ex una scheda componitur, sed ex duabus, altera supina, transversa altera in modum cratis texti consuevit. quare non solæ poterant exemptæ schedæ destructo cratis ordine per se siccari. nam sic factum infectum esset, & charta iterum texenda fuisset, irritò semper labore. ex duabus igitur schedis, cum una supina in tabula sterneretur, altera supersterneretur transversa, sic simul ambæ connexæ contextæque prælis subjiciebantur. mox prælo exemptæ plagulæ, hoc est chartæ ex duabus illis schedis constantes, sole siccabantur. plagulas appellat Plinius chartas ipsas, & textilia chartacea ex stamine, & subtemine philyratum, hoc est ex utraque illa scheda contexta. nam plagula quodvis linteum textile est, ex stamine constans, & subtemine. Nonius *plagulam lecturiam* sindonem interpretatur. sequitur apud Plinium: *siccantur sole plagule, & inter se junguntur.* hæc verba, *inter se junguntur*, virum magnum induxerunt, ut putaret exemptas schedas, destructo cratis contextu, seorsim siccari, & postea inter se jungi solitas. nihil est, quod tam alienum fingi possit ab auctoris mente. plagulæ sunt chartæ ipsæ integræ in tabula formata, & compositæ quæ postquam contextæ, & conglutinata, prælisque pressæ fuere, & sole siccata, jungi solent inter se, & in scapum digeri. plagulæ sunt, quæ *solæ* hodie vocamus in charta. scapus est, quem hodie *manum papyri* vocamus. nam ita etiam vulgo apud nos fieri solet, in his chartis quæ ex linteis conceptis, & contusis, & in forma positis parantur: plagulas, ubi siccata sunt, plures in unum volumen compingere con-

confuerunt artifices, & in unum scapum componere. plures vicenis quinis in uno scapo non ponuntur. ita accipiendam esse hanc plagularum inter se junctionem testis ipse Plinius, apud quem hæc verba statim sequuntur: atque inter se plagulae junguntur, à proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. nunquam plures scapo quam vicena. plagula vicena, hoc est ut nunc loquimur, folia vicena, sic inter se junctæ scapum efficiebant. hodie vicenas quinias in scapo ponunt. sed quid scapus proprie sit, quæramus. verbum ipsum origine Græcum est. σκῆπτρον, idem quod σκῆπτρον, & σκῆπτρινιον. baculum vel fustem & ramum proprie significant hæc tria verba. ab eadem origine etiam σκῆπτρον deducitur. σκῆπτρον. igitur, & Dorice σκῆπτρον. inde Latinum scapus. Hesyechius: σκῆπτρον, κλάδος. scilicet, pro σκῆπτρον. sic & σκαπίνιον, & σκαπίνιον. scapus quoque Latinis idem proprie significat, quod Græcis σκῆπτρον. scapus enim est fustis, vel baculus. hinc diminutivum, scapulus, & scapellus: & verbum scapellare apud recentioris Latinitatis auctores, pro fustibus concidere, & battuere. Isidorus in Glossis: scapulum, fustis longus. Glossæ: scapellat, κλασίζεις, κλασίζεις. inde nostrum Gallicum, chapter. Hæc propria vocis scapus significatio est, & origo, quæ mox & multas alias habere capit per similitudinem notiones. nam & scapus columnæ dictus est, & scapi scalarum, & alia quam multa. ab eadem quoque similitudine chartas plures in unum volumen complicatas & convolutas, scapum Latini appellarunt, quod baculi crassiforundi similitudinem præ se ferrent. ob eandem rationem scapi etiam appellati sunt radii textorii licio involuti. Lucretius:

— Ansilia, & fusti, scapique sonantes.

Glossæ: scapi, χειρῶν κωνόνες, κῆ χειρῶν τόμοι. eadem de causa Græci κωνόνας & κωνόνια dixerunt tam sca-

pos chartarios, quam textorios. Hesyechius: κωνόν, τὸ ξύλον ὡς ὁ ὀ μὲν. nam κωνόν baculum rectum significat, vel regulam. κωνόνια quoque & κωνόνια dixerunt librorum vel chartarum volumina, hoc est scapos. Suidas: κωνόνιον ἔστι καλεῖται ἢ οἰαδὴ ποτὲ ὡς ἡ μείλια, κωνόνων πλειόνων τυχεῖν πύχων, ἢ εἰχων, ἢ περὶ κωνόν. Hesyechio κωνόνες dicitur: ἐμπήκην ὁ τὰ δικαστικὰ γραμματεῖα ὡς ἡ ἔρεμοφόρος λαμβάνων ὑπερέτης κῆ πῆσαν εἰς τὴν κωνόνια. ἐμπήκην, inquit, is dicebatur, qui judiciales libellos à iudice accipiebat, & in scapum seu volumen compingebat. κωνόνες autem, & κωνόνιον, & κωνόν idem est. nam κωνόν dicebatur regula qua chartam dirigebant librarii, ut in scribendo rectas ducerent lineas. eadem & κωνόνες in epigrammate Græco vocatur. sic κωνόν, & textoris instrumentum significat, licio involutum, & chartarum volumen: ut Latine scapus utrumque designat. hæc eadem ratio fecit, ut Græci volumen κωνόνιον dicerent. nam κωνόνιον est parvus κωνόν. κωνόν autem etiam diminutivæ formæ est à κωνόν. & idem ferme significat, quod scapus. Moschopulus: τόμος, τὸ κωνόνιον. quæ vox ea notione frequenter occurrit in recentioris ævi Græcorum scriptis. Codex quoque Latinis idem omnino significabat. nam codex proprie idem quod truncus, qui Græce κερμῆς & τόμος. atque inde etiam codex pro libro seu volumine. quæ vox videri posset deducta à Græco illo κωνόν. κωνόν, codex. & postea codex, extritum. sic ἀνδρομάτης, andambata. & postea andabata. chartas vero non scriptas, sic certo numero inter se consuevissent jungi apud veteres, & in scapum convolvi complicarique, certo certius; ut & chartas in volumen ita complicatas plures, sub scapi nomine venisse. Cassiodorus de charta nondum scripta loquens: hæc enim tergo nives aperit eloquentibus campum, copiosa semper ad-

fisiis.

fistit, & quo fiat habilis, in se revoluta colligitur, dum magnis tractatibus explicetur. Isidorus in Glossis: scapus, certus numerus tomorum chartæ non scriptæ. hinc optimus vetustissimusque auctor Glossarum scapos, τόμος χαρτῶν καὶ βιβλίων interpretatur. scapi, κωνόνες καρδιακῆ καὶ χαρτῶν τόμοι. scapus τόμος βιβλίων. χαρτῆς. τόμος autem, ut omnes sciunt, est volumen ex pluribus schedis, sive paginis contextum. Notandum porro est auctorem Glossarii veteris scapum exponere non tantum τόμον χαρτῶν, sed & χαρτῶν. præterea Græcos χαρτῶν non pro plagula tantum chartacea usurpare, sed etiam pro tomo, & volumine chartarum, & pro scapo. Hesychius: τόμος, χαρτῆς. hinc χαρτῶν βιβλίων, sunt tomi vel scapi libellorum apud Longinum τῶν ὑψῶς. quod autem ad vocem τόμος attinet, sciri debet eam in propria ac vera sua significatione idem valere quod σάπτος, & κλάδος, & κερμός. nam τόμος significat ramum arboris ex utraque parte præcisum, vel simpliciter ab arbore recisum, ἀπὸ τῆς τέμνειν. sic κλάδος ἀπὸ τῆς κλάζειν, à frangendo. dicebatur & κλάδος. Bæotice κλάδα. unde Latinum clava. sic σάπτος, κωνόν, τόμος, κόνις, synonymæ sunt voces, quæ cum proprie ramum vel baculum significant, per similitudinem etiam volumen chartarum denotant. Latini scapum etiam id dixere. hinc & scapus pro charta. nam & quælibet scheda convoluta scapus dici potest. Adelmus antiquarum vocum auctor in lib. de laud. virg. scapos pro chartis usurpavit:

Sed tamen egregios depromens garrula scapis

Incipias celebrare viros nunc pagina versu.

legebatur in libro vetere, scabis. sic cubis pro cupis idem auctor semper scribit. sed bonus Canisius cum scabos illos minime intelligeret, edendum curavit, scabro. ceterum scribit

Plinius non plures quam vicenas plagulas in uno scapo fuisse. an ut nec pauciores unquam essent observabatur? sane videtur legitimus hic fuisse numerus plagularum quas vulgo tunc scapus continebat. at inferiori ævo denas tantum plagulas in singulis scapis poni solitas invenio. hinc chartæ decades in vita Sylvestri apud Anastasium pro chartæ scapis, quod plures scilicet scapus tunc non haberet. chartas decades trecentas. & paulo ante: chartas decades centum, & quinquaginta. & paulo inferius: chartas decades quadringentas. singulæ igitur chartarum decuriæ, scapum unum tunc temporis efficiebant. legitur in eadem vita, & eodem loco: papyrum rucanas libras mundas mille. emendandum: papyrum, rucanas mundas mille. sic infra: papyrum mundum rucanas quingentas, linum sacco trecentis. papyrum intelligit ad chartas paratum, quod legatis chartis minime continebatur secundum Jurisconsultum leg. l. de leg. 111. papyrum igitur mundum, de mundis papyri philiris accipe, quæ ad chartas erant parata & in fasciculos colligi colligarique solebant. nam rucana est fasciculus. Græcis ραζίνη. ut ἔραζοι, ἔραζίνη, sic ράζοι, ραζίνη. at ράζοι fascem, & sagma vel farcinam significat. Hesychius: ράζοι, χρισσοῦς, σοῖσος, στίμωλα, ἐνιοὶ τῆς φακλῆς τῆς ἔσλων. hinc lana rucanas dixit Ennodius pro lanæ glomis, vel fasciculis. Epistol. lib. 19. lana rucanas cuius vos volueritis coloris rubei aut fusci mihi sub celeritate dirigite. quas papyri rucanas dixit Anastasius, vel auctor unde sumplit, veteres glossæ papyrinæ fascies vocant. Resuum opus, papyrina fascies, Βαρρῶι. ita vetus liber. forte legendum, ράζοι. Βαρρῶι tamen etiam fortasse retinendum. bargus significabat ramum arboris vel scapum. hinc in lege Salica, de bargo suspendere, hoc est de arboris ramo. fascies igitur papyri sic colligatas, ut baculi vel scapi figuram referrent, bargos vocarunt. sed de illo Glossarium

rum loco alibi viderimus. adhuc enim medicina eget. *παπύρε Φάκελοι*, hoc est ad verbum, papyrina fasces. Aliano apud Suidam: *κελεύει τὸ μὲν διὰ δέδοαξ τῶν Νικάνορα Φάκελον βύβλας πείραγσιων χρυσῶν*. sed de his alibi. nunc illud maxime queri dignum occurrit, quando constat chartas in scapum convolvi complicarique apud veteres solitas, numquid & eodem prorsus modo libri convolverentur? eodem prorsus. nam & tomus & volumen de libro, hoc est charta scripta, non minus dicebatur, quam de charta nondum scripta. sed *scapus* proprie magis de chartis, *tomus* vero de volumine de libris ut diceretur, usus obtinuit. idem tamen *scapus* quod *tomus*. libri igitur & chartæ similiter convolvebantur. hinc *volumen* pro libro. hinc illud Satyrici:

— *penem*

*Tam grandem quam sunt duo Cæsaris
anticationes.*

nam duo libri Cæsaris adversus Catonem in unum volumen complicati, haud male figuram ingentis virilis scapi referebant, qualem Claudius intulerat in pulvinar bonæ Deæ. si qua vero fuit inter scapum chartæ, & libri volumen differentia, hæc fuisse videtur, quod scapus chartas inter se junctas, & compactas certo numero haberet, vicenas, ut puta, vel denas. libri vero prout breviores aut majores erant, ita pauciores aut plures schedas continebant. schedæ autem proprie dicebantur singulares plagulæ ex scapo chartarum revulsæ, quibus mittebantur quidquid subita & tumultuaria scriptione commentati essent, quod emendatum postea in mundiorem chartam regebatur. Isidorus: *Scheda est quod adhuc emendatur, & necdum in libris redactum est*. Græci quoque *χέδρον*, & *χεδάριον*. Eustathius: *χεδάριον τὸ τῶν χεδίων λόγων ἐδάριον*. Epiphanius: *Υπὸ τῷ ὀλίῳ μελετρηθῆναι τῶν χεδάριων ἐν τῆσιν ποιησιδύρῳ*. schedæ illæ quibus extemporalia scripta, & nondum emendata adline-

bantur, & in averſa parte hoc est in tergo scribi & exarari solebant. hinc opistographorum nomen. in opistographis enim & adversariis rationes & diurna sua perscribebant, quibus utramque chartæ paginam occupabant, adversam & averſam. ab adversa dicta adversaria, ab averſa opistographa. de quibus vide Scaligerum in libro de Papyro adversus Guilandinum. studiosi quoque, & litterati homines primas suas curas & commentationes, & quidquid denique sub limam revocandum esset, in ejusmodi schedis opistographis conscribere moris habebant, quod postea in mundam chartam, & quæ ab una tantum parte scribebatur, transferendum curabant, ubi satis emendatum videretur. Lucianus in dialogo *βίων κριτικῆς* peram cynicorum, lupinis & libellis opistographis refertam fuisse dicit, in quibus *φιλοσοφίμωρα* scilicet quædam de secta sua incondite & tumultuarie scripta habebant. *ἢ πῆρα δὲ σοὶ γερμῶν ἔσται μισθὸς καὶ ὀπίσθογραφοῦ βιβλίων*. at nitidæ chartæ & mundæ ex quibus librorum volumina compaginabantur, & in quibus emendata opera perscribebantur, in adversa tantum facie, non etiam in tergo exarari solebant. Juvenalis Satyr. 1.

— *impune diem consumpsit ingens
Telephus, aut summi plena jam
marginis libri*

*Scriptus, & in tergo, necdum finitus
Orestes.*

tam longam hanc fuisse Orestis tragediam innuit, ut non solum summam libri schedam usque ad extremum marginem impleret, sed averſam etiam superficiem occuparet, necdum tamen esset absoluta. qui locus satis ostendit libros emendatos, & munde scriptos, in tergo scribi minime consuevisse, nisi qui nimium longi scilicet essent, & extra modum traherentur, & mensuram justam. Arator:

*Si tibi, Magne, velim fasces memorare
parentium,*

Vix

Vix daret in tergo pagina lecta locum.

Martialis in Picentem quemdam :

Scribit in averſa Picens epigrammata charta,

Et dolet averſo quod facit illa Deo.

averſo Apolline Picentem illum epigrammata facere jocatur Martialis, qui in averſa charta illa ſcriberet : vel quod nimis longa epigrammata faceret, adeo ut averſam etiam chartam occuparent, vel quod nimium chartæ parcus eſſet. qui locus Martialis etiam fidem facit chartas in libellum redactas, in tergo & averſas ſcribi minime conſueviſſe. ſed hæc de chartis & chartaceis libris qui in volumina conrotulabantur, ut ita dicam, & quorum faciès tantum interior, non etiam exterior ſcripturis opplebatur. aliter inſlibris ex membrana : nam ex multiplicibus tabellis, & foliis conſtruebantur & compingebantur, haud ſecus ac noſtri libri hodie ſolent, qui ex multis conſtant foliis, aliis ſuper alia ſtructis & inter ſe compactis. Martialis :

Homerus in membranâ :

*Ilias & Priami regni inimicus Ulyſſes
Multiplici pariter condita pelle latent.*

item :

Virgilius in membrana :

*Quam brevis immenſum cepit membrana
Maronem,*

Ipfius cultus prima tabella gerit.

prima tabella, τὸ πρῶτον πτυχίον, primum folium. hinc Iſidorus folia librorum dicta eſſe ſcribit, quod ex foliis fierent, id eſt ex pellibus quæ de occiſis animalibus detrahi ſolent. ſic & pugillares componi ſolebant, ex pluribus tabellis, quæ πτυχία dicunt Græci. hinc διπτυχά vocabantur, quæ ex duplici tabella conſtabant. Latini etiam duplices dixerunt : & triplices, quæ ex tribus : quincuplices quæ ex quinque. πολυπτυχά quæ ex pluribus. Latini etiam polyptycha. Martialis de pugillaribus citreis :

ſecta niſi in tenues eſſemus ligna tabellas,

Effemus Libyci nobile dentis opus.

pugillares igitur illi citrei ex multis ſectilibus tabellis, hoc eſt foliis ligneis compacti erant, eadem plane forma, qua & pugillares delectitii noſtri quibus hodie utimur, & tabletas vocamus, quaſi pavas tabulas, nec alia forma eſt noſtrorum hodie librorum qui de charta fiunt. ſimiliter & fiebant olim libri ex membrana. Martialis, de Ovidii Metamorphoſi in membranâ deſcripta :

*Hæc tibi multiplici qua ſtructa eſt maſſa
tabella,*

*Carmina Naſonis quinque decemque
gerit.*

maſſam vocat integrum corpus membranaceum, multiplici tabella ſtructum. Græci σωματίον appellant. tabellas autem ex quibus totum corpus conſtabat, ſingula folia membranæ. membranam etiam vocabant, totum corpus membranaceum. idem poëta :

*Si comes iſta tibi fuerit membrana, pu-
tato*

Carpere te longas cum Cicerone vias.

ubi membranam appellat omnia Ciceronis opera in membranâ deſcripta & in unum corpus redacta. ſic & de Virgilio in membranâ ſcripto :

*Quam brevis immenſum cepit membrana
Maronem.*

membrana, τὸ σωματίον. corpus Aeneidis. σωματίον, membrana. ſic Longinus πρὸς ἕψης, ἱλιάδῃ σωματίον dixit de totis viginti quattuor Iliadis libris. quod Latine liceat vertere, Iliadis membranam. totum enim Iliadis corpus intellexit. verba Longini : ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, οἶμαι, τὸ μὲν ἱλιάδῃ ἡραφομόρης ἐν ἀκμῇ πτυχίῳ, ὅλον τὸ σωματίον δὲ σωματίον ἕν ὑπερήσαντο ἢ συναγωνίον. Heſychius : ἱλιάς, τὸ Ὀμήρου σωματίον. ad verbum : Ilias, Homeri membrana. ſic Martialis membranam Ciceronis dixit, de omnibus Ciceronis operibus. & Virgilio membranam, totam Virgilio Aeneidem. nam brevi membrana immenſum Maronem teneri dixit. ex quo

quo etiam aperte colligas longe in majorem molem excrevisse libros qui in chartis descripti ferebantur, quam qui in membranis. atque inde idem Martialis Livium in membranibus pellibus exiguis, parvo in spatio arctatum fuisse refert, quem in charta scriptum vix totum ejus bibliotheca capiebat. Livius in membranibus:

*Pellibus exiguis arctatur Livius ingens:
Quem mea vix totum bibliotheca capiebat.*

& sane ita fieri fuit necesse. libri enim in membranibus omnia folia, sive tabellas membranaceas, ex utraque parte scriptas habebant, & probe succincteque compacti in non adeo magnam molem assurgebant. libri vero in charta exarati cum ab uno tantum latere scriberentur, & paginis ad paginas adglutinatis in longam paginarum seriem extenderentur, sic grandia volumina efficiebantur, quorum interior tantum facies, & legenti adversa cum replicabatur, scripturis erat occupata: exterior autem & aversa, quæ interiori complicando & convolvendo operiebat, nihil scripti continebat. totidem autem libri, totidem erant volumina. Isidorus: *codex multorum librorum est, codex unius voluminis.* libri porro membranacei per quaterniones compingebantur. Græci *περσίδας*, & *περσίδα* vocant. sic dicebantur quaternaria folia simul juncta. Epiphanius cujus jam locum supra attulimus: *Ἰπάτιον ὁ πῶν μετὰ γραφῆν δὲ τὸ ἡγεμονικὸν ἐν τετρασπιδίον.* pagina de libris chartarum proprie dicebantur, ut tabellæ de membranibus. tabellæ ex utraque parte scribi solitæ: pagina ex una tantum. tabellæ Græcis *πυρίαι*: paginae, *σελίδες*. Suidas: *κρονόιον. ἔστι κελύπτει ἢ οἰαδῆ ποτε περσίδα λέγεται καὶ ἀπείρων τυχάνη πυρίων, ἢ σίμων, ἢ παγινόν.* Glossæ: *pagina, selis.* Epigramma Græcum: *ἢ σελίδαν κρονόιον.* & *paginarum directio.* *σελίδα* etiam Græci vocant spatium, quod vacuum & mundum patet inter duos

versus in scriptura. Hesychius: *σελίδα, τὰ μετὰ τὴν ἀφρασίματῶν ἀφρασίμων τὴν νεῶν. καθάπερ καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις τὰ μετὰ τὴν ἀφρασίμων.* perperam apud Hesychium excusum est, τὴν ἀφρασίμων. Suidas *σελίδα* interpretatur τὸ μέσον τὴν δύο κατὰ τὰ ἀφρασίμων τυχάνων. Hesychio *σελίς* est etiam ipsum *κατὰ τὰ βιβλία*. *σελίς*, *πυρίον*, *κατὰ τὰ βιβλία*. & sciendum est *κατὰ τὰ βιβλία* proprie Græcis lineam dici quæ deorsum versus ducitur: quomodo olim scribebant. ut *σίχθ* linea est. dextrorsum versus ducta. *versum* Latini appellant. Græci igitur *σελίδα* proprie appellaverunt, scribendi genus, deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus. Suidas: *σίχθον δὲ τὴν κατὰ τὸ κρονόιον ἔθῳ ὀνομαζόμενον ἀπὸ ἀετῶν ἐπὶ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενον. σελίδιον δὲ τὸ ἀπὸ τῶν ἀνωθεν ἐπὶ τὰ κρότια.* hoc genus scribendi etiam *κατὰ τὰ βιβλία* dixerunt. hinc *σελίδα κατὰ τὰ βιβλία* interpretatus est Hesychius: at Suidas τὸ μετὰ τὴν δύο κατὰ τὰ βιβλία ἀφρασίμων τυχάνων. spatium non scriptum inter duas lineas deorsum versus ductas. hæc alibi pluribus. in chartæ scapis, ut & in libris compactis, prima scheda quæ primo loco glutinata erat, *πρωτόκολλον* dicebatur. de chartis notissima sunt Justiniani verba Novella xlv. qua constituit, ne tabelliones in aliam chartam mundam contractum regerant, quam quæ habeat protocollum: *μη εἰς ἕτερον χάρτιον καθαρὸν γράφειν συμβόλαιον, πῶν εἰ μὴ εἰς κείνον ὃς πρωτοκείμενον τὸ καλεῖμενον πρωτόκολλον ἔχει.* in prima fronte scapi positum erat illud protocollum. ideo dicit, ὃ πρωτοκείμενον τὸ πρωτόκολλον ἔχει. cum scapus chartæ plures schedas, aut plagulas haberet, sola prima adnotatum praeferbat, quo comite largitionum, sub quo erant chartariæ, quo tempore, & à quo preparata illa fuisset charta. hodie quoque chartæ linearum nostræ solent aliquo caractere

Species ἑξαθκάλιον libelle,
Nec summa potes in scheda tenere.

sic putat, ἑξαθκάλιον, & summam schedam res esse diversas: ἑξαθκάλιον enim significare imam chartæ partem: summam vero schedam dici, summum chartæ fastigium. in quo profecto mire hallucinatus est, nec hoc tantum: sed insigniter etiam memoria lapsus est, dum duos diversos locos in unum confundit. sane si ita scripsisset Martialis, ut ab eo citatus est, vera dubio procul hæc ejus interpretatio foret. sed ex iis quæ supra posuimus, satis puto constare, idem esse apud poetam, summam schedam, & ἑξαθκάλιον. sic ὑπερβολὴν, & ἑξαθκάλιον in librorum voluminibus, & chartarum scapis, ab ea ratione dicta, quam diximus: nec dubium est, quidquid contra sentiant viri aliquot eruditissimi, quin μακροκόλλα, non μακροκόλλα dicenda sint, quæ longiore forma ac modulo compaginata essent. Plinius de his macrocollis: pedalis ac cubitalis erat mensura macrocollis: sed ratio reprehendit vitium, unius schedæ revulsione plures infestante paginas. majore igitur modulo compaginatam chartam μακροκόλλον appellabant. sic ἀμφικόλλῃ κλίνη, ἢ κλαίκεκολλημένη, ut Pollux interpretatus est, in hoc versu Platonis:

Ἐπειὶ κλίην ἀμφικόλλον πυξί-
λιν.

ἀμφικόλλῃ κλίνη, utrinque compactus lectus: ut ὑπερβολὴ ab uno tantum latere, apud eundem Pollucem: ἐν ἡ τοῖς δημοπράτοις πίπτει ἄλκιβιάδου χαμικὴν ὑπερβολὴν. vulgo ὑπερβολὴ legitur. sic ἀμφικόλλῃ etiam olim perceptam in eodem legebatur, pro ἀμφικόλλῃ. peccant & illi similiter qui μακροκόλλα nobis in chartis pro μακροκόλλα obtrudunt. Sed quando adhuc heic sumus, scapum chartarum, hoc est chartas in volumen coartatas, infimæ Latinitatis auctores, rotulum dixere. rotulus

Tom. II.

autem non est pro rotula: nihil enim habent simile chartæ sic convolutæ cum rotula; sed rotulus est rutulus. rutulus & scapus idem. rutulus, ut paulo supra docuimus, erat baculus rotundus, quo eumulus mensura deruitur & exæquatur. Glossæ rutulum exponunt ἀπὸ ῥήκλιον. Corippus: Et coit in rutulum. Regulam etiam appellant, ut ante ostendimus. unde verbum ἀπὸ ῥήκλιον apud Hesychium, mensuram exæquare: hinc & ῥήκλιον pro eodem apud Epiphanium de ponderibus. & mens. ῥήκλιον ἢ τὸ μέτρον ἢ ῥήκλιον, ὁμοιοῦσι ὅτι πεπλήρωμαι. male hodie apud Epiphanium ῥήκλιον. ῥήκλιον ῥήκλιον, regula: ut φέβλα φέβλιον, fibula. inde verbum ῥήκλιον. à similitudine rutuli, scapum chartarum etiam rutulum vocarunt, chartam in rutulum convolutam scilicet. chartam enim sic in volumen complicatam etiam regulam ab eadem causa Græci appellant. κλαίον & κλαίονιον est scapus vel volumen. eadem ratio est vocis scapulus: & apud eosdem Græcos, vocum τὸμῃ & κλαίονιον, quas de volumine usurparunt, ut supra dictum est. Rutulus igitur vel rotulus, est quod vulgo dicimus, un roulean. Græci recentiores εἰληθέρων, Latini volumen, inde εἰληθέρων Διὰθήκης, testamenti volumen, apud Græcos juris interpretes: Σεκνὸν δὲ χάρτας, ἢ ἐκ χάρτων, ἢ γενετὴ ἐν εἰληθέρων Διὰθήκης Διὰκροχί. εἰληθέρων igitur volumen chartarum sive membranarum in rutulum complicatarum. quod in idiomate nostro diceremus, plies en un roulean. εἰληθέρων τομάριον hoc est rotuliles tomos dixit Etymologicum magnum: Φαιλόνης, εἰληθέρων τομάριον μέμβρανον. Hesychius: Φαιλόνης, εἰληθέρων μεμβρανίον, ἢ γλωσσόκομον. ita enim nunc malim de volumine interpretari, quam de involucre librorum, ut supra. ab illa voce rutulus etiam vox nostra, rotule. inde etiam & contrarotulator, ἀντιγραφῆς, contrascriptor. contrarotulus,

ΥΥ

ἀντί-

ἀντιγραφῶν. sed hæc alibi pluribus. Jam ad Plinium revertamur, ut eum locis aliquot explicemus, & emendemus. ante Claudium in chartis principatum obtinebat Augusta, secundum locum Livia: hæc à Livia Augusti uxore, illa ab Augusto. Claudius, teste Plinio, mutavit principatum, & Augustæ derogatum, chartæ ab se inventæ ac denominatæ vindicavit, quam ex Augusta, & Livia composuit ac contexuit. prima & optima charta, ex primis philyris texebatur quæ citra papyri medium: (nam ut scribit Plinius, principatus medio erat) secunda ex secundis, & ita deinceps scissuræ ordine usque ad exteriorem corticem. primæ igitur illæ principesque in medio papyri philyræ, ut erant omnium tenuissimæ, sic chartam tenuissimam præstabant. ex his Augusta texti consueverat, quæ ante Claudium primum inter chartas locum tenebat. hæc ut omnium prima, sic etiam tenuissima. sed cum præ nimia tenuitate acutis calamis minime sufficeret, & litteras transmitteret, ac indecore transluceret, Claudius mutavit primatum, & illi chartæ tribuit, quam non ex primis illis ac tenuissimis, quibus Augusta texebatur, sed ex primis ac secundis texendam curavit. verba Plinii: *Claudius primatum mutavit: nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis.* libri scripti habent, partim tenerandis, partim temperandis. omnino scribendum: *temperatis non sufficiebat calamis.* egregia emendatio. *temperati calamis* sunt acuti. nam *temperare calamum* est acuerè. quod Græci γλύφειν dicunt. hinc γλύφεις καλάμων, & γλύφεινον, in Epigrammate Græco, scalpillum quo calami temperantur, & acuuntur. & καλάμω δὲ γλύφεις, calami temperati.

Ἀκροῦτε μεσοῶμεν δὲ γλύφειας
καλάμω.

Cicero alicubi: *res agatur temperato calamo, & dentata charta.* D. Hieronymus in præfatione Evangeliorum: *ita*

calamum temperavimus, ut iis tantum quæ sensum mutare videbantur, correctis, reliqua manere sineremus, ut fuerunt. optima Glossæ: *temperat, γλύφει καλάμω.* igitur cum Augusta nimis tenuis esset, & temperatis non sufficeret calamis, litterasque transmittens litteræ metum afferret ex averfis, & alias indecoro visu translucida esset, Claudius aliam excogitavit, quam non totam ex primis papyri philyris texti voluit, ut Augustam, sed ex secundis statumen, ex primis subtemen fieri præcepit. prima papyri philyra quæ ex medio scindebatur, tenuissima, secunda minus tenuis erat, tertia etiam minus, atque ita deinceps usque ad corticem. charta Augusta quæ ex primis illis philyris tota erat contexta, & tam statumen quam subtemen ex illis tenuissimis libris, qui in medio papyri sunt, factum habebat, tenuitate etiam omnes reliquas chartas anteibat. post eam Livia secundum locum obtinebat, quæ ex secundis philyris texebatur, minus tenuibus, ideo etiam Augustæ tenuitate concedat. sed quod Augusta, ut dictum est, nimium prætenus esset, aliam invenit Claudius, cujus statumen ex secunda philyra, subtemen ex prima factum est. & sic Livie statumen habuit, Augustæ subtemen. Plinius id his verbis expressit: *igitur & secundo corio statumina facta sunt è primo subtemine.* ita vulgatæ habent editiones, quæ in hac parte corruptæ sunt: corrigendum vero ex omnibus libris: *Igitur è secundo corio statumina facta sunt, è primo subtemine.* Nihil viderunt in hoc Plinii loco viri eruditione præstantissimi. Scaliger emendabat: *igitur è secunde corio statumina facta sunt è prime subtemine.* per secundam intelligit chartam Liviam, & per primam, Augustam, & ex utraque charta confertam vult fuisse Claudiam. quod ratione prorsus caret. ut & illud quod adjicit: *Claudiam eo prælatam fuisse macrocollis, quia macrocolla ex pluribus transversis paginis compacta erant, Claudia*

dia tantum ex Augusta & Livia. siquidem certum est macrocolla non ex pluribus transversis paginis fuisse compacta quam aliam chartam quamlibet: latiora tantum erant, & moduli majoris. omnis autem charta veterum nihil plus habebat statumine, & subtemine. statumen ex multis junctis philyris constabat, ut stamen in tela ex pluribus filis: subtemen quoque ex aliis philyris transversis superpositis in modum crasis. pone philyram unam papyri in aliqua tabula extensam. alteram deinde superpone transversam, & utramque glutina, ut cohæreant: chartam feceris, qualis apud veteres fuit. sic omnis olim charta ex papyro fiebat: & tenuissima quidem ex prætenuibus philyris: minus tenuis ex tenuibus. Turnebus veram Pliniani loci lectionem ex libris antiquis protulit, sed in ea exponenda immane quantum eum ratio fugerit. vult enim chartam à Claudio duplicatam, & quodammodo bilicem factam. atqui jam diximus chartam omnem sic duplicem bilicemque fuisse, utpote quæ ex duplici philyrarum serie rectorum transversarumque esset contexta. non igitur chartæ faciendæ novam commentus est rationem Claudius, sed novum genus fieri præcepit, quod medium esset inter Augustam & Liviam: quæ magis scilicet tenuis esset, quam Livia, minus autem quam Augusta. nam Augusta propter nimiam tenuitatem multis nominibus vitiosa erat. Augusta charta tota ex primis philyris contexta erat; Livia tota ex secundis: Hieratica ex tertiis, Amphitheatrica ex quartis, & ita deinceps ordine Saitica, Tæniotica, & Emporeutica quæ ex ultimis philyris, & cortici proximis conflabatur, ideoque ad scribendum minime habilis, involvendis mercibus serviebat. at Claudia charta à Claudio inventa, & denominata, non tota ex primis, ut Augusta, nec tota ex secundis ut Livia texebatur: sed statumen habebat

ex secundis, subtemen vero ex primis. hoc est ergo quod dicit Plinius, *ei statumina è secundo corio facta esse, è primo subtemina.* primum corium vocat, primam philuram, primam membranam, vel primum librum qui è medio papyri acu scindebatur. in medio autem principatus. eo primum vocat corium, quod in medio erat, & è medio avellebatur, ut præstantissimum, sic & tenuissimum. sic primum vocat, bonitate, & tenuitate præcipuum. inde & secundum, quod proximum illi ab illo præcipuo locum obtinebat. atque ita deinceps tertium, quartum juxta scissuræ ordinem. qui corium autem de libro vel philura dici mirabitur, mitetur etiam licebit corium pro tectorii inductione ac directione à Vitruvio usurpari. lib. vii. cap. iii. *grano inducto & inarescente alterum corium d. rigatur: id cum subactum fuerit, & benefricatum subtilius inducatur. ita cum tribus coriis arena & item marmoris solidati parietes fuerint, neque rimas nec aliud vitium in se recipere poterunt. & paulo post: cum vero unum corium arena, & unum minuti marmoris erit inductum, tenuitas ejus minus valendo facile rumpitur. coria similiter in pavimento dixit Cato de re rustica. Sequitur de chartæ vitiis in eodem Plinio: *rebellat sæpe humor incuriose datus, primoque malleo deprehenditur, aut etiam odore cum fuerit indigentior. nihil inquinatius. & frustra emundare conati eruditissimi viri. minima mutatione lego & emendo: rebellat sæpe humor incuriose datus primo: malleoque deprehenditur, aut etiam odore, si fuerit indulgentior. humorem vocat liquorem Nili turbidum qui glutini vicem præbebat in texendis chartis. hic si incuriose & minus adtemperate datus fuerat, rebellabat, inquit Plinius, & malleo quidem deprehendebatur, aut etiam odore, si indulgentior datus esset: hoc est, si largior. nam charta in quam largior æquo datus humor fuerat, nunquam bene ficcari poterat, & semper uda manebat. indulgentior scripsimus**

pro indiligentior. nihil verius. indulgens idem quod largus. indulgere, largiri. hinc & indiligentior, largior & abundantior humor. ἐπιδαψιλέσειρ. Glossa: indulgeo, ἐπιδαψιλόμομαι. indulsum, ἐπιδαψιλόθεν. indulgata, ἐπιδαψιλόθεν. alia Glossa: δαψιλόμομαι, largior, indulgeo. Subjicit Plinius: Deprehenditur & lentigo oculis, sed inserta mediis glutinamentis tania fungo papyri bibula vix nisi littera fundente se: tantum inest fraudis. scio quomodo Scaliger ὁ πένυ, hac emendet & exponat: sed illud aque bene scio, in utroque eum operam luisse. veteres omnes libri pro fungo habent junco. sic igitur legendum distinguendumque: deprehenditur & lentigo oculis: sed inserta mediis glutinamentis ena è junco papyri bibulo, vix nisi littera fundente se: tantum inest fraudis. pro ena è junco, facile corrupebant correctores, tania fungo. ena pro ina scriptum erat. sic enim & apud Marcellum Empiricum scribitur: ad ulcera in ano facta charta combusta, sed enarum ejus drach. i. ena pro ina. ina in charta quid sit, notum est. tenuissimam charta partem esse dixit Festus. at Plinius inam è junco papyri bibulo heic vocat filamentum aut fibram junci papyri, quæ τὸ χαρτοπιπῶν incuria, aut etiam fraude mediis charta glutinamentis inserta deprehendebatur, ad faciendam, si fonte, philurarum rimam aliquam aut rupturam. dicit igitur Plinius lentiginem quidem charta, hoc est lentiginosam maculis oculis deprehendi, sed inam è junco papyri bibulo mediis glutinamentis insertam, vix deprehendi posse nisi littera fundente se. cum enim ad illam inam pervenerat calamus, non solide nitideque formabatur littera, sed propter junci bibulum, spargebatur eo loci, & fundebatur atramentum. ex quo intelligebatur ina aliqua subesse è papyri junco, hoc est ἰνάδες πὸν τὸ πιπῶν. plus igitur inerat in ista ina fraudis quam in lentigine. nam lentigo oculis deprehen-

di poterat, & neminem fallebat: ina vero, non nisi scribendo deprehendebatur. si vulgata lectio retinetur, & tania legis pro ina, idem manebit sensus, quem viri eruditissimi assequuti non sunt. at junco pro fungo omnino scribendum ex librorum veterum auctoritate. de glutino chartarum habetur paulo post in eodem cap. diligenti cura, molli panis fermentati colata aqua fervente: minimum hoc modo intergerii, atque etiam Nili lentitas superatur. scribe, aqua etiam Nililentitas superatur. aqua Nili turbida in glutinanda charta utebantur Aegyptii artifices. charta vero illa Aegyptiaca sic curata, Romæ in officinis recurabatur, iterumque texebatur, glutinoque ad eam rem utebantur tenuissimo levissimoque, adeo ut etiam Nili aqua levitatem superarent. sic minimum erat intergerii. intergerium vocat medium glutinamentum quod inter duas schedas erat. intergerium enim Latinis est, quidquid interjicitur. ab intergero, intergerium: ut ab interneco, internecium: ab astimo, astimum, & similia. ut ingero autem pro injicio: congero pro conjicio: aggero pro adjicio: sic & intergero est interjicio. & inde intergerium quod intergeritur, vel interjicitur. dicebatur etiam intergeries pro eodem: ut congeries à congero. hinc intergerium & intergeries, dicebatur paries, qui inter confines struebatur. Glossa, intergeries, ὁ πῶν ὁ δύο κ' ἰσὸς διαστῶν. Festus: intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergeruntur. intergerius autem ab intergerio: ut internecius ab internecium. Hinc videre est quam frustra sint doctissimi viri qui intergerium à gerris, & intergerivos parietes dicendos esse censent. quæ plane gerra sunt, & germanæ nugæ. Atque hæc de chartis, deque papyro, quæ ad illud Plinianum caput, raptim huic charta illinenda nobis visa sunt, habuimus: reliqua quæ de hac re adhuc multa dicenda supersunt, alio opere, uni huic materia dicato præstaturi. nunc illud

ro & glutino. Idem & cum Blemys societatem maximam tenuit, & cum Saracenis: 'naves quoque ad Indos

illud addam, artem illam chartarum ex papyro conficiendarum non hodie atque heri exolevisse, utpote quæ jam Eustathii ætate erat antiquata: quod hæc ejus verba ostendunt Odyssi. Φ. ἐχρησάμεθα ἢ βύβλου ἢ ἰνῶδες ἢ ἢ εἰσὸς γίνεσθαι σῶμα & συνετελεσμένον εἰς γραφάς. ἵνα ὡσπερ δὲ πρὸ ὄρχητρον ἀφορμῆς τῆς πλῆθους χελεύς ὑπεροπὴν πᾶσι κινῶμεν ἐκλήθη, ἐπειδὴ γελῶντος ὄρχητρον μέγα πύργον ἀεθίσθη & χρῶσθαι ἐναντίον δύρασι ἀνήρητησεν ἡὺς Ἐρμῆς Ἀπόλλωνι ἐχρησάμεθα εἰς λύπην αὐτῶν ὡς ἐκλεψεν ἐκείνους βοῶν. ἔπειτα ἢ πᾶσι γραφικῆ βιβλίου ἐκ τῆν ὄρχητρον χελεύσας τῆνομα φέροισιν. ἐγίνοντο γὰρ φασίν δὲ βύβλου Αἰγυπτίων, ἡς οἱ παπύρον ὑδροχαράν, καὶ αὐτοὶ οἱ τῆν μεθ' αὐτῶν ὑποκείμενα τοῖς γραφικῆν χαρτῶν ὁποῖα ἰσως καὶ τῆν ὑπεροπὴν ἰδιωτικῶς λεγόμενα ξυλοχαρία, ὡς ἢ τῆν ἀρτὴν ἀπὸ τῆν πῆν) ubi notabis tibi, ξυλοχαρία, hoc est ligneas chartas Græcis recentioribus appellatas, chartas è papyro ad differentiam chartarum quæ ex linteis conceptis & contusis parantur, quarum jam tunc usus fuisse videtur apud Græcos Eustathii ætate, quum abolitus esset chartarum è papyro texendarum modus. papyrum autem lignum vocabant, unde ξυλοχαρία, chartæ ex papyro. Cassiodorus de papyro: *surgit Nio ica sylva, etc. nescio qua vacuitate plena, plenitudine vacua, bibula teneritudo, spongium lignum.*

CASAUBONUS.

I Naves quoque ad Indos negotiatorias sepe misit.] Libro superiore inter præcipua commoda pacis ponebat auctor, quod multi navigarent: Indicam sine dubio navigationem hanc intelligens, cujus ea ætate videntur Romani fuisse studiosiores. Fiebat hæc omnis navigatio Indica in Oceano

meridiolani: quam Atlantici partem veteres & Indicum & Erythraum sive Rubrum mare appellarunt. Indorum enim nomen ita hoc loco accipitur, ut cum scribunt historici Trajanum in sinu Rubro classem instituisse, ut per eam Indiæ fines vastaret: id est oras regionum & intra & supra finem Arabicum sitarum. quam Indiam Josephus secundo *Ἀλώσεω* ait ab Ægypto contingi, ita sæpe apud geographos Græcos, Latinos, Arabas. Negotiatoriæ ergo naves istæ Firmi & aliorum Ægyptiorum, è Myoshorino Ægypti vetustissimo emporio solventes, per Arabicum sinum, pars orientem, pars occidentem versus tendebant. Orientalis navigationis terminum statuit Arrianus eundem quem & ora universæ meridionalis: totam enim Romani habuerunt notam jam inde ab illius & Ptolemæi temporibus: neque illam solum oram, verum etiam continuam plagam quæ orienti obversa, ita jam tum Romani norant, ut ad cognitionem illius non magna videatur facta accessio per nostrorum hominum navigationes: quæ ab altera parte tantum terrarum veteribus ignotarum nobis aperuerunt. Nam Græcorum Romanorum navigationes occidentem versus, cum Arabicum & Avalitem sinum superaverant, ultra Præsum non progrediebantur: quod promontorium est inferioris Æthiopiæ, in ea, ut videtur, regione, quæ hodie Monambica dicitur. Nulla fuit alia temporibus illis in Indiam navigatio præter hanc: de qua etiam Græcorum scriptorum loci accipiendi, qui *Ἰνδικὸν ἁλῶσάν*, (sic vocant negotiatores in Indiam commere solitos) meminere. Qui existimant cognitam antiquitus fuisse navigationem in eam Indiam quam Orientalem vulgo vocant, gravissime falluntur: nulla enim penitus ratio est, qua possit hoc

dos negotiatorias sæpe misit. Ipse quoque dicitur habuisse

probari: plurimæ quibus possit re-
felli, sicut pridem ab eruditissimis
viris demonstratum est. Poteramus
multa super his ex veterum lectione
adferre: sed alius erit, spero, com-
modior ista tractandi locus.

SALMASIUS.

I Naves quoque ad Indos negotiatorias
sæpe misit.] Horatius:

Impiger extremos currit mercator ad In-
dos

Per mare pauperiem fugiens.

de tota autem hujus navigationis ra-
tione, quam ad Indos tunc mercato-
res faciebant, videnda omnino tibi
sunt, quæ ad hunc locum pererudite
observavit præstantissimus Casaubo-
nus. Ad ea quæ dixit, nihil addere
possum. quinimo demptum etiam
inde illud velim, & dictum ab eo do-
leo, quod scripsit, Græcorum locos
qui *ινδιου πωλυστων* meminerunt, de
hac in Indiam navigatione esse acci-
piendos: *ινδιου πωλυστας* enim dici
negotiatores in Indiam commeare
solitos. Græcum scriptorem qui
ινδιου πωλυστων meminerit, neminem
scio, nisi forte auctorem veteris Glof-
sarii apud quem hodie legitur: *colora-
tor, ινδιου πωλυστας*. si putavit veram
hanc esse hujus loci lectionem, ne-
cessè est etiam putarit, *coloratores* vul-
go dictos fuisse mercatores qui in In-
diam commeabant. sed quare *colora-
tores* vocati negotiatores in Indiam
navigantes? an quia colorati Indi?
nugæ omnino scribendum in illis ve-
teribus Glossis: *colorator, ινδιου πωλυσ-
τας*. *coloratores* dicti qui coloribus pa-
rietes pingebant, & colores tectoriis
inducebant. *ινδιου πωλυστας* autem ii-
dem appellati, quod inter colores,
quibus ad pingendos parietes ute-
bantur, aut præcipuum, aut unum de
præcipuis locum obtinebat Indicum,
quod ex India veniebat harundinum
spumæ adhærescente limo. Plinius
de coloribus qui udo induci vole-

bant: Ex omnibus coloribus cretulam ama-
re, udoque illini recusant, purpurissimum, in-
dicum, cæruleum, melinum, auripigmen-
tum, appianum, cerussa. Cera tinguntur
iisdem coloribus, ad eas picturas qua im-
runtur, alieno parietibus genere. & paulo
post: nunc & purpuris in parietes migran-
tibus, & India conferente fluminum suorum
linum, & draconum & elephantorum, nulla
nobilis pictura est. per purpuras, purpuris-
sum intelligit; per Indiæ flum. linum,
Indicum. *ινδιου πωλυστας* igitur est, qui
indicum parietibus illinit. idem &
colorator Latine, qui colores tectoriis
illinit. idem etiam *σιλωτης* Græce
dicebatur. Glossæ: *colorator, σιλωτης*.
quod ad hos parietum coloratores
omnino referendum. nam & tecto-
ria in parietibus splendorem habe-
bant, & tectoriis inducti colores. Vi-
truvius: sed & liaculorum subactionibus
fundata soliditates, marmorisque candore
firmo levigata, coloribus cum positionibus
inductis, nitidos expriment splendores. &
paulo post: cum ergo ita in parietibus
tectoria facta fuerint, & firmitatem &
splendorem, & ad vetustatem permanentem
virtutem poterunt habere. & cap. v. eod.
lib. Quis enim antiquorum non, uti medi-
camento, minio parce videtur usus esse?
at nunc passim plerumque toti parietes indu-
cuntur. accedit huc chrysocolla, ostrum,
Armenium: hæc vero cum inducun-
tur, etsi non ab arte sunt postea, fulgen-
tes tamen oculorum reddunt visus, & ides
quod pretiosa sunt, legibus excipiuntur, ut à
domino, non à redemptore represententur.
igitur qui tectoriis inductis, illitisque
coloribus parietes ut splenderent fa-
ciebant *σιλωται* Græcis dicti, & *ινδιου
πωλυστας*, Latinis coloratores. *ινδιου
πωλυστας* vero pro mercatore ad In-
dos navigante, nullo modo ferri po-
test. dicendus enim esset *ινδιου πωλυσ-
τας*, vel *ινδο πωλυστας*. sic *ινδο πωλυστας*
mercatores dicebantur qui ad Indos
currebant, ut cum viris doctis obser-
vatum est.

buisse duos dentes elephanti, pedum denum, è quibus Aurelianus ipse sellam constituerat facere, additis aliis duobus, in qua Jupiter aureus & gemmatus sederet, cum prætexta, ponendus in templo Solis, ¹ Apenninis fortibus additis: ² quem appellari voluerat JOVEM CONSULEM VEL CONSULENTEM. Sed eosdem dentes postea Carinus mulieri cuidam dono dedit, quæ lectum ex iis fecisse narratur. ³ Et quia nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit, taceo. Ita donum Indicum Jovi OPT. MAX. consecratum, per deterrimum principem & ministerium libidinis factum videtur & pretium. Fuit tamen Firmus statura ingenti, ⁴ oculis foris eminentibus, capillo crispo, fronte vulnerata, vultu nigriore, reliqua parte corporis candidus, sed pilosus atque hispidus, ita ut eum plerique *Cycloperem* vocarent. Carne multa vescebatur, ⁵ struthionem ad diem comedissee fertur. Vini non multum bibit, aquæ plurimum, mente firmissimus, ⁶ nervis robustissimus

ita

CASAUBONUS.

¹ Apenninis fortibus additis.] Etiam hic Aponinis lego. similem mendam è Pollionis Claudio sustulimus. quæ sint sortes Aponinæ ex his auctoribus sciri potest, quos ibi testes laudavimus.

² Quem appellari voluerat JOVEM CONSULEM, VEL CONSULENTEM.] Explicere Latine voluit quem Græci vocant Δία βελαιόν, & poetæ βεληφόρον.

³ Et quia nunc scitur, & sc.] Scrib. Ea quia nunc sc.

⁴ Oculis foris eminentibus.] Εξόφθαλμοι.

⁶ Nervis robustissimus, ita ut triarium vinceret cujus Varro Ælius meminit.] Legendum Tritanum. Plinius libro VII. cap. xx. Corpore vesco, sed eximius viribus Tritanum, in gladiatorio ludo Samnitium armatura celebrem, filiumque ejus militem Magni Pompeji, & rectos & transversos cancellatim toto corpore habuisse nervos, in

brachiis etiam manibusque, auctor est Varro in prodigiosa virium relatione. eadem & Solinus. falso vero appellatur hic Varro Ælius, cui sciunt omnes fuisse nomen M. Terentio Varroni. liber regius eam vocem non agnoscit, & omnino dele aut muta.

GRUTERUS.

¹ Apenninis fortibus.] Pal. duplici pp. Appenninis. legendum Aponinis.

³ Et quia nunc scitur.] Pal. quia & nunc scitur.

SALMASIUS.

³ Et quia nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit.] In veteri editione: quia & nunc scitur, & sciri apud posteros nihil proderit.

⁵ Struthionem ad diem comedissee dicitur.] Ad diem, pro in die. sic in Galieno: lavit ad diem septimo: astate vel sexto. sic ad præsens, pro in præsentia, vel in præsentia dicebant.

Yy 4

I Ita

¹ ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit.

² Nam & incudem superpositam pectori constanter aliis

1 Ita ut triarium vinceret.] Verissima lectio est, quam viri docti reposuerunt: ita ut Tritannum vinceret. Tritannum veteres libri eum scribunt. atque ita in vetustissimis Solini exemplaribus scriptum offendi. antiqua Solini excerpta, versibus scripta, quæ penes me habeo, ita etiam exhibent hoc versu:

Viribus est rumor nimium valuisse Tritannum.

Plinius & Solinus de hoc Tritanno idem dicunt, gladiatorem eum Samnitium fuisse. sed Solini locus, ut hodie habetur in editis, illum Solini cum Plinio, à quo accepit, consensum dissimulat. corruptus igitur est, & viri docti eum emendare cum sæpe tentassent, nequiverunt. vulgo dicitur apud Solinum Tritannum hunc naturam fuisse gladiatorem. quis est natura gladiator? Plinius dixerat, unde habet Solinus, Samnitium armatura eum celebrem fuisse in ludo gladiatorio. nos nulla ferme nisi distinctionis mutatione ex veteribus libris, sic Solinum emendamus, ut idem cum Plinio tinniat: Varro in relatione prodigiose fortitudinis annotat Tritannum, Samnitium gladiatorem, naturam fuisse, qui & rectis & transversis nervis non modo crate pectoris, sed & manibus cancellatis, & brachiis, omnes adversarios levi tactu, ac pene securis congressionibus vinceret. ait Tritannum, gladiatorem Samnitium, hac Samnitium armatura celebrem, ita natum fuisse, vel ea fuisse natura, ut rectos transversosque nervos toto corpore cancellatim haberet, eoque omnes vinceret, quibuscum congrederetur. natura fuisse, id est eam naturam habuisse, ita natum fuisse. Varro:

Omnes colore dissaper, ita natos.

sic supra de Cleopatra apud Trebellium: nata est Hispanorum cupiditate. ita

accipiendum esse apud Solinum illud naturam fuisse, ostendit quod statim sequitur apud eundem de illius Tritanni filio: ejusque filium militem Cn. Pompeji, pari modo natum, ita sprevisse hostem provocantem, ut inermis eum dextra superaret. Tritannus, inquit, natura fuit, ut rectos transversosque toto corpore cratis in morem nervos habens, omnes levi tactu superaret. filius quoque ejus pari modo natus, hostem provocantem adeo sprevisit, ut inermis eum vinceret. Igitur qui Plinio Samnitium armatura celebri in ludo gladiatorio, is brevius ac simplicius gladiator Samnis Solino dictus est. & ita etiam Varroni appellantur: Pinnas quas insigniti milites in galeis habere solent & in gladiatoribus Samnites. sed hæc ad Solinum pluribus, quem nos auctorem propediem, si Deusnaverit, in lucem dabimus, pristino suo nitore restitutum, & hominum inficetorum, quos habuit correctores, spurcicie liberatum.

GRUTERUS.

1 Ita ut Tritannum vinceret, cujus Varro meminit.] Sic plane Pal. male retro editi, ita ut triarium vinceret, cujus Varro Ælius meminit.

CASAUBONUS.

2 Nam & incudem superpositam pectori constanter, aliis tudentibus pertulit.] Non ignotum hodiernis hominibus genus *ἰσχυρὸς*. Erat non ita pridem in Urbe prodigiosarum vitium homo, qui non incudem sed saxum septingentorum pondo & eo gravius, pectori superpositum, aliis tudentibus perferret, ipse reclinus, & resupinus prorsusque, ut ait Vopiscus, curvatus atque in manus pendens potius quam jacens.

1 Com

liis tudentibus pertulit, ¹ quum ipse ² reclivus ac resupinus & curvatus in manus penderet potius quam jaceret. Fuit tamen ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, ³ si quando eum tentare voluisset.

⁴ Nam quidam Burburus nomine, ⁵ de numero vexillario-

¹ Cum ipse reclivus ac resup.] Scribendum, *reclinus*. ut imbecillus dicitur & imbecillis: sic *reclinus* & *reclinis*, ὁ εἰς τὰ ὀπίσθην ἐπι κεκλιμένος. *adclivus*, ὁ πρὸς τὴν κεκλιμένον. Marcellinus libro xxxi. parte alia prope Amazonum sedes Alani sunt, orienti accubantes. scribe, *adclines*. vel ὁ ἐπὶ τῆν κεκλιμένον. qui alicui incumbit: ut apud Plinium, elephas non cubans, sed *adclinis* arbori. Marcellinus lib. xxix. venit ad municipium Sagabarritanum, Transcelsenfi monti *adclivis*. scribendum *adcline*.

³ Si quando eum tentare voluisset.] Infra ad Bonosum. tamen initio hujus periodi & paullo ante est ὁ ἀσπιδιόμορος μύρον, ut sapissime in hoc auctore.

⁴ Nam quidam Burburus nomine, de numero vexillariorum notissimus potator.] Non est verum nomen Burburus: sed strenuo potatori nomen inditum per ἀμφωποσίαν, seu alicui amphoræ aut utri: ad imitationem soni illius quem liquor edit dum funditur. *bilbeve* hoc Lat. veteres dixerunt, & Græci βουβύλιον, unde bombylium. sed non inconcinne loco liquidæ in hac fictitia voce posuerunt alii literam caninam. Hebræi paullo aliter formarant: dixerunt enim פּוּפּוּ unde est פּוּפּוּ quasi dicas bombylium, poculi genus aut lagenæ.

GRUTERUS.

² Reclinus ac resupinus.] Vulgg. *reclinus*, sed contra mss. certe contra Pal. nostrum.

SALMASIUS.

¹ Quum ipse reclivus ac resupinus.] Legendum, *reclinus*. ita jam correxit Calaubonus. *reclinus* pro *reclinis*: sic

etiam *adclivus* pro *adclinis*. sic & *declivus* pro *declivis*: & *adclivus* pro *adclivis*. in Gloss. perperam *adclivis* pro *adclinis*, scriptum est. *adclivis*, ἀδελκίμος. lege, *adclinis*, quæ vox multis locis similiter apud Ammian. corrupta est.

³ Si quando eum tentare voluisset.] Lege, *voluissent*. de ducibus enim Aureliani loquitur qui Firmum tentare volebant.

⁴ Nam quidam Burburus nomine.] Haud scio, qua ratione ductus vir doctissimus scripserit, non esse verum hujus potatoris, Burburus: sed strenuo potatori factum nomen per ἀμφωποσίαν, tanquam amphoræ, aut utri: ad imitationem, inquit, soni illius quem liquor edit dum funditur. nullam enim majorem soni quem facit liquor emendationem video in hoc nomine *Burburus*, quam in *Baburrus*, *Baburius*, *Balbulius*, *Babarius*, & aliis sexcentis nominibus quæ propria liquet fuisse, & Romana. *Burburus* igitur nomen proprium illius militis, ex numero vexillariorum, quem strenuum potatorem fuisse tradit hoc loco Vopiscus: quid enim aliud colligere possis ex *Vopisco* quam proprium nomen esse? *Quidam Burburus* nomine de numero vexillariorum. & paulo post: & quum ei *Burburus* diceret. Nomen hoc plane Græcum videtur. Βούροπος, *Burburus*. sic Πόρφυρος, *Purpurus*. Πορφύρεος, *Purpurus*. quæ nomina sunt propria ex Græco formata.

⁵ De numero vexillariorum.] Qui sunt isti vexillarii? nec enim, ut puto, vexilliferos intelligit. mentio *scholæ vexillariorum* in vet. inscriptione. erant vexillarii legionum, in unaquaque legione sexcenteni, quos veteranos constat

lariorum notissimus potator, quum ad bibendum eundem provocasset, fitulas duas plenas mero duxit: & toto postea convivio sobrius fuit. Et quum ei Burburus diceret, *Quare non facies bibisti?* respondit ille, *Stulte, terra non bibitur.* Levia persequimur, quum ma-
 5 jora dicenda sint. Hic ergo contra Aurelianum sumpsit imperium ad defendendas partes quæ supererant Zenobiæ. Sed Aureliano de Carris redeunte superatus est. Multi dicunt laqueo vitam eum finisse: aliud edictis suis ostendit Aurelianus. namque quum eum vicisset, ² tale edictum Romæ proponi iussit. *Aman-*

constat fuisse, qui sub vexillo retinebantur, ceterorum immunes præterquam propulsandi hostis. *Triarios* antiqui eos vocabant. de quibus adfarim nobis dictum ad vitam Probi. & fortasse de illis vexillariis hoc loco accipiendum dicebantur & *vexillarii*, auxiliares milites. unde *vexillares cohortes* apud Tacitum sunt auxiliariæ. & apud eundem *vexillaria* è cohortibus, pro auxiliariis lib. III. Hist. *vexilla* & *vexillationes* de auxiliis dicebantur olim. quo nomine tam pedites quam equites auxiliorum comprehendimos erat. at postremis temporibus *vexillationes* de solis equitibus auxiliariis dictæ sunt. rationem nos alibi reddimus. Vegetius *vexillationes* semper ab equitibus legionum distinguit. equites igitur auxiliares ita tunc proprie dicebantur. lib. II. cap. I. *Equitum alæ dicuntur, ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegant acies: quæ nunc vexillationes vocantur, ab eo quod velis hoc est flammulis utuntur.* & lib. III. cap. IV. *dux autem debet esse attentus, ut in omnibus legionibus sive auxiliis, vel vexillationibus, à tribunis, vicariis, principisque, si qui turbulenti vel seditione sunt milites, non pro invidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscant.* erant alarii equites, erant & legionarii. *vexillationes* de solis alariis equitibus dictæ. *Germanicianorum vexillationem*, cujus mentio apud Suetonium

in vita Galbæ, Turnebus intelligebat de cohorte militum, qui confectis stipendiis sub vexillo retinebantur, usque dum agros & commoda emeritorum acciperent. in quo aperte falsus est. nam *vexillarios legionum*, cum *vexillis Germanicis* confundit. Germani inter auxilia Romanorum fuere. & in vexilla vulgo distribuebantur. centeni autem sub uno vexillo stabantur. hinc *vexilla Germanica* apud Tacitum, & *vexilla Germanorum* in libris Historiarum. & *vexilla inferius Germania* apud eundem lib. I. Hist. per *vexillationem* igitur *Germanicorum*, apud Suetonium intelligas licebit centum Germanicos milites, vel vexillum unum Germanicorum. at *vexillarii* hoc loco omnino vexilliferi sunt intelligendi. & ita in veteri inscriptione accipienda est *Schola vexillariorum*. de numero *vexillariorum* ita heic dictum est apud Vopiscum, ut in alia veteri inscriptione: *ex numero frumentariorum. numerus non semper legionem significat, sed etiam corpus quodlibet, aut scholam.* sic in alio antiquo saxo: *ex numero Dalmatarum fortium.*

GRUTERUS.

1 Sed Aureliano de Carris redeunte.] Pal. de Thraciis.

2 Tale edictum Romæ proponi iussit.] Sic & Pal. non dictum, ut vulgg.

2 Tale

tissimo sui pop. Rom. Aurelianus Augustus S. D. Pacato undique gentium toto quae patet orbe terrarum, Firmum etiam latronem Aegyptium, barbaricis motibus astuantem, & feminei propudii reliquias colligentem, ne plurimum loquar, fugavimus, obsedimus, cruciavimus, & occidimus. Nihil est, Romulei Quirites, quod timere possitis. ¹ Canon Aegypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, ² integer veniret si vobis esset cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum praetorianis affectio. Ego efficiam ne sit aliqua sollicitudo Romana. Vacate ludis, vacate circensibus. Nos publicae necessitates teneant: vos occupent voluptates. Quare sanctissimi Quirites, & reliqua. Haec nos de Firmo cognovisse scire ⁶ debuisti, sed digna memoratu. Nam ea quae de illo ³ Aurelianus Festivus libertus Aureliani figillatim retulit, si vis cognoscere, eundem oportet legas, maxime quum dicat ⁴ Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus natasse, & elephantum rexisse, ⁵ & hippopotamos edisse, & sedentem ingentibus struthionibus vectum esse, & quasi volitasse. Sed hæc

CASAUBONUS.

² Tale dictum Romae proponi iussit.] Tale edictum. hujus edicti supra fecit auctor mentionem.

SALMASIUS.

² Tale dictum Romae proposuit.] Lege ex vet. ed. tale edictum. ita etiam Casaubonus ex conjectura.

GRUTERUS.

¹ Canon Aegypti integer veniret. Sit vobis cum Senatu concordia.] Locum hunc pristino nitore restituit Palat. noster. antea legebamus nullo bono sensu, certe contra mentem Imperatoris; integer veniret si vobis esset cum Senatu. &c.

³ Aurelianus Festivus.] Pal. Aurelius.

⁵ Et hippopotamos edisse.] Malim etiam, hippopotamo sedisse.

SALMASIUS.

² Integer veniret si vobis esset cum senatu concordia.] Pessima lectio, pessima etiam distinctio. scribe & distingue totum hunc locum: canon Aegypti, qui suspensus per latronem improbum fuerat, integer veniret. Sit vobis cum senatu concordia, cum equestri ordine amicitia, cum praetorianis affectio.

⁴ Firmum eundem inter crocodilos unctum, crocodilorum adipibus natasse.] Lege: eundem inter crocodilos, unctum crocodilorum adipibus, natasse.

⁵ Et hippopotamos edisse.] Omnino legend. hippopotamo sedisse. contra pausa sedere supra legebatur pro pausas edere.

CASAUBONUS.

⁵ Et hippopotamos edisse.] Perplacet quod olim Turnebo visum, scribendum esse, hippopotamo sedisse. & praecedentia & sequentia firmant satis hanc acutissimi viri emendationem.

hæc scire quid prodest? ¹ quum & Livius & Sallustius taceant res leves de iis ² quorum vitas scribendas arripuerint. non enim scimus quales mulos Clodius habuerit, aut mulas T. Annii Milo, aut utrum Tusco equo federit Catilina an Sardo, vel ³ quali chlamyde Pompejus usus ⁴ fuerit, ⁵ an purpura. Quare finem de Firmo faciemus, venientes ad Saturninum, qui contra Probum imperium sibi in Orientis partibus vindicavit.

SATUR-

¹ Cum & Livius & Sallustius taceant res leves de iis quorum vitas scribendas arripuerint.] Sine causa Vopiscus duo genera scriptorum non leviter diffidentia inter se confundit, pro uno & eodem accipiens. nam Livius & Sallustius vitas illustrium virorum nunquam susceperunt scribendas, verum populi Romani historiam, & Annales.

⁵ An purpura.] Melius, aut purpura.

SALMASIUS.

² De iis quorum vitas scribendas arripuerunt.] Editio prima: de iis quorum vitam arripuerunt. sic loquutus est supra in Probo: & ne diutius ea quæ ad meum consilium pertinent loquar, magnum & præclarum principem, & qualem historia non novit, arripiam.

³ Quali chlamyde Pompejus usus fuerit, an purpura.] Eadem edit. usus fuerit purpura: forte: quali chlamyde usus fuerit, & purpura. vel, aut purpura, cum Casaubono. sed quare distinguit hæc chlamydem à purpura? an non & purpureæ chlamydes? sciendum est chlamydes, sive paludamenta Imperatorum Romanorum de cocco semper fuisse tincta, tam veteri stante rep. quam hac recenti quæ sub imperatoribus. Plinius: coccum imperatoris dicitur paludamentis. hinc paludamentum, Ποινικῆς in veteribus Glossis exponitur. Spartianus in Alexandro Severo: hoc solum imperatorium habens quod

lacernam coccineam accipiebat. sic Tetricus cum in triumphum ab Aureliano duceretur, chlamyde coccinea, tunica galbina ornatus fuit. vide Vopiscum in Aureliano. Chlamydes igitur, sive paludamenta ex cocco. at togæ nullæ coccinæ, sed purpureæ. ut toga triumphalis, & consularis. Trabeæ quoque, quæ togæ erant, purpureæ totæ, cocco prætextæ. ita scribendum apud Dionysium lib. 11. antiq. Rom. τῆ δέννας ἐμπεπορημένοι πορφύρας, ποινικοπαρόφες, αὐτὰ γὰρ λέγει τὰ δέννας, id est, togas purpureas, cocco prætextas. male excusum est, πορφύρας, falluntur autem qui ποινικοπαρόφες cocco intertextas interpretantur. sed hæc obiter. chlamydem igitur à purpura hæc separat Vopiscus, quod chlamydes coccinæ. purpuram autem hæc usurpat pro purpurea veste. sic apud Sammonicum:

Purpura torretur conchili perlita fuco. purpura, pro, purpureus pannus. sic etiam apud Jurisconsultum leg. lxx. de leg. 111. versicoloribus purpuram & coccum, quoniam nihil nativi coloris sunt, contineri arbitror, nisi aliud sensu testatur.

GRUTERVS.

² Quorum vitas scribendas arripuerunt.] Pal. quorum vita arripuerunt.

⁴ Fuerit an purpura.] Palatino abest particula an.

¹ Sicut.

SATURNINUS.

SATURNINUS oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietissima, & avida semper vel faciendi principis vel imperii. Huic inter cæteros duces, qui vere

¹ Saturninus oriundus fuit Gallis.] Pal. viando fuit Gallus.

CASaubonus.

² Et avida semper, vel faciendi principis, vel imperii.] Facere imperium, est rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere. quod aliud est, quam facere principem.

SALMASIUS.

² Et avida semper vel faciendi principis, vel imperii.] Facere imperium, Casaubonus ad hunc locum, dici notavit pro rebellare, & alienæ dominationis jugum excutere, & aliud esse quam principem facere. sed moriar si Vopiscum intellexit. is non dixit Gallos avidos semper, vel faciendi principis, vel faciendi imperii: sed vel imperii avidos, vel principis faciendi. avidos imperii cum dixit, haud dubium est quin imperandi avidos intellexerit. Galli ut cupidi semper sunt novarum rerum, qui inter eos principes ipsi fieri non possunt, principis faciendi semper avidi sunt: qui vero possunt principes fieri, imperii avidi sunt, & imperium avide arripiunt. Hinc Aurelianus qui Saturninum ducem optime notum haberet, & ex ea gente oriundum esse sciret, quæ avida semper vel faciendi principis vel imperandi esset, cum orientis ducatum ei daret, præcepit ne Ægyptum videret. Cogitabat enim, inquit Vopiscus, vir prudentissimus Gallorum naturam, & verebatur ne si in perturbatam civitatem venisset, quo eum natura ducebat, eo quoque hominum societate duceretur. hic sensus Vopisci. sciebat igitur Aurelianus Saturninum, ex natura gentis suæ, imperii & dominationis

esse cupidum. qua re præceperat ei ne Ægyptum unquam videret, ob eam causam quam posuit Vopiscus.

³ Inter ceteros duces, qui vere summus videretur.] Correctores heic certum est loqui, non Vopiscum: nam Vopiscus scripserat: Huic inter ceteros duces quos vere scire videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit. atque ita plane scriptum exhibet editio vetus. quos vere sciret, id est quos vere cognosceret, quos vere cognitos haberet. genus loquendi istis auctoribus familiare, & illo tempore usurpatum. in vita Marci: libertos suos in publico sciri noluit. Lampridius in Alexandro Severo: milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves, & numerum & tempora militantium. vetus Interpres Persii: Heic requiritur historia Demosthenis, qui cum transfret, & à mercenario tabernæ digito monstraretur, fertur letatus esse, quod ab ignobilibus sciretur. Lampridius in Commodio: Perennis autem Commodi persciens, invenit quemadmodum ipse potens esset. Commodi persciens, id est qui Commodum optime sciret, & notum haberet. vulgo etiam locum illum incrustarunt correctores, legendo: Commodi animum persciens. Aurelianus igitur, inter duces quos vere scire, id est quos vere cognoscere videretur, & quorum naturam perspectam haberet, Saturnino ducatum Orientis dedit, simulque præcepit ne Ægyptum unquam videret. verebatur enim prudentissimus princeps, ne si Saturninus, quem ex natura gentis suæ, imperii avidum cognoverat, in civitatem perturbatam rerumque cupidam novarum venisset, facile quo eum natura ducebat, societate quoque hominum impelleretur.

I Qua

vere summus videretur, Aurelianus limitis Orientalis ducatum dedit, sapienter præcipiens ne unquam Ægyptum videret. Cogitabat enim, quantum videmus, vir prudentissimus, Gallorum naturam, & verebatur, ne si perturbidam civitatem vidisset, quo eum natura ducebat, societate quoque hominum duceretur. Sunt enim Ægyptii (ut satis nosti) viri ventosi, furibundi, jactantes, injuriosi, atque adeo vani, liberi, novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, epigrammatici, aruspices,

1 Quo eum natura ducebat, societate.] Vet. editio: è societate. forte: quo eum natura ducebat, eo societate quoque hominum duceretur.

CASAUBONUS.

2 Sunt enim Ægyptii, ut satis nosti, viri ventosi.] Plinius Laudatione Optimi principis: Percubuerat antiquitus urbem nostram nisi opibus Ægypti ali sustentari que non possit. Superbiebat ventosa & insolens natio.

3 Injuriosi.] Ut omnes superbi tales autem Ægyptii. Philo Judæus De agricultura: τὸ Αἰγυπτιακὸν ἐν φύσεως ἢ ἀφ' ἐθῶν ἐστὶν ὑπέραυχον, εἰ ποτε μικροῦς αὐτὸ μόνον καὶ ἀπειροσείεν αὐτὰ ὀπρᾶγίας. ideo addit Vopiscus, atque adeo vani. erant & invidi Ægyptii & qui aliorum prospera ferre non possent: ac propter hanc etiam causam injuriosi. Philo idem adversus Flaccum: βάσκων φύσιν τὸ Αἰγυπτιακὸν, ἢ τὰς ἐτέρων ὀπρᾶγίας ἰδίας ὑπολαμβάνον εἶναι κακοπρᾶγίας.

5 Liberi.] Εἰν ἐλευθερίας ἢ ἀδείᾳ ἀφ' ἑθῶν. vel uno verbo ἐλευθερίας. quod de servis dicitur libertatem sibi vindicantibus, jugo excusso servitutis: at isti legum & magistratum.

6 Novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes.] Adeo rerum novarum cupidi, ut non vereantur Ægyptii etiam publice cantilenas seditio-

ni excitandæ aptas cantillare. Longum sit veterum testimonia adferre de prono ad seditionem Ægyptiorum ingenio: qua de re multa Trebellius Pollio in Æmiliano tyranno, & passim omnes historici, etiam rerum ecclesiasticarum conditores persæpe. Philo Judæus de populis loquens, qui ex levissimis causis soleant tumultuari, & res novas moliri: ἐν οἷς, αἶτ, τὸ Αἰγυπτιακὸν τὸ ἀπειροσεία φέρει, ἀφ' ἐθῶν καὶ ἀπειροσεία εἰσὸς ἐκ φύσιν εἶναι μεγάλας.

7 Versificatores epigrammatici.] Qui versibus & epigrammatis enormi libertate in principes suos & magistratus ludant. non enim hic notantur ut mali poetæ.

GRUTERUS.

4 Atque adeo vani, liberi.] Pal. vngi.

SALMASIUS.

4 Atque adeo vani liberi.] Liberi, ἐλευθερίας. Arculphus de Gazais: amatores, & omni libertate decori. totum hunc locum perverse ita excusum præfert editio princeps: atque adeo invidi novarum rerum, liberi usque ad cantilenas publicas cupientes. nihil vitiosus.

8 Epigrammatici, mathematici, aruspices, medici.] Mores primum Ægyptiorum recensuit, & dixit eos esse ventosos, furibundos, jactantes, injuriosos, vanos, liberos, & novarum rerum

ces, ¹ medici. ² nam & Christiani, Samaritæ, & quibus præsentia semper tempora cum enormi libertate displiceant. Ac nequis mihi Ægyptiorum irascatur, & meum esse credat quod in literas retuli, ³ Adriani ⁴ epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam, ex qua penitus Ægyptiorum vita detegitur, indidi. *Adrianus Aug. Serviano cos. S. Ægyptum quam mihi ⁸ laudabas, Severiane charissime, totam didici, levem, pendulam, & ad omnia fama momenta volitantem.* ⁵ Illi qui

Sera-

rerum cupidos: deinde, & artes professionesque quibus plurimum illi dediti: esse nimirum versificatores, epigrammatarios, mathematicos, aruspices, & medicos. postremo religionem: & partim Samaritas, partim Christianos fuisse narrat, omnes tamen Sarapin adorasse. hæc mens Vopisci quam minime assequutus est vir incomparabilis Isacius Casaubonus, qui medicos interpretatus est eos qui artem medicinam in carmina, periapta, & id genus remedia magica verterent. nos simpliciter heic accipimus medicinæ professores. quam nos professionem scimus, & omnes etiam sciunt in Ægypto valde fuisse communem & familiarem, ut & mathematicam, & aruspicinam & poëticam.

CASAUBONUS.

¹ Medici.] Qui medicinæ artem in carmina, periapta, & id genus magica remedia vertant. in sequenti epistola Hadriani idem significat *alɩptes*.

³ Hadriani epistolam ex libris Phlegontis liberti ejus proditam. Scripti, epistolam Romanam. quod ideo ab auctore additum, quia Phlegon Græce scripserat: sed Græco operi Latinam inseruerat. quod à paucis Græcis factitatum: quibusdam tamen, ut testis Vopiscus in Aureliano.

GRUTERUS.

² Nam & Christiani, Samaritæ.] Pal. nam eis Christiani Sam.

⁵ Illi qui Serapim colunt.] Pal. illa. forte Illic.

SALMASIUS.

⁴ Epistolam ex libris Phlegontis.] Epistolam Romanam. ita vet. editio libri Casauboniani, Romanam. cum vide.

CASAUBONUS.

⁵ Illi qui Serapim colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi qui se Christi episcopos dicunt.] Malim, Illic q. ut statim, nemo illic arch. quo ex verbo apparet Hadrianum hanc epistolam scripsisse cum jam ex Ægypto discessisset. Videntur autem multi Christianorum Ægyptiorum, ad Hadriani adventum aut mutasse religionem, aut intermissa ejus professione, ad tempus dissimulasse. quæ res occasionem illi præbuit ea scribendi de Ægyptiorum etiam in religione levitate, quæ hic legimus. Satis constat ex historia ecclesiastica accidisse hoc non raro in ea provincia. Exemplo sit, quod scriptum est in veteri Martyrologio in historia de Epimacho martyre Ægyptio: *ἡγουμένη τῆς Αἰγύπτου διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν ἀρχιερέων. ὅθεν καὶ Χριστιανοὶ πάντες, οἱ μὲν τὰ θεῖα τῶν ἀπειλῶν εἰς ἐρημίας ἐφυλάσσοντο· οἱ δὲ τῶν Χριστιανισμῶν κρύπτοντες, τῶν ἀσέβειων ὑπεκρίνοντο.* Si propter sævi judicis adventum diffugiunt Alexandria omnes Christiani, aut dissimulata vera pietate paganos simulant: non mirum

Serapim colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi episcopus dicunt. Nemo illic archisynagogus Ju-

rum est si veniente Hadriano quem omnes sciebant gentilium superstitionum acerrimum propugnatorem, idem fuerit factitatum. Sarapis autem hoc loco potius quam alius quivis gentilium deorum nominatur, quia id erat Alexandrinorum & inferioris Aegypti praecipuum numen: atque ut scribit Julianus in epistola ad Alexandrinos, regem Sarapim ut πολυεχρον θεον colebant. ideo mox Hadrianus, CHRISTVM & Sarapim ceu duo summa Aegyptiorum numina ponit.

I Nemo illic archisynagogus Judaeorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus non aruspex, non aliptes.] Omnes, inquit, & Judaeorum, & Samaritarum, & Christianorum sacerdotes, non solum religiones nostras per levitatem animi amplectuntur, quando opus est ἐκλυζοντες: sed etiam vitia nostra probant ac sectantur: estque invenire ex illorum numero, qui sint mathematici, aruspices, aliptæ, sive medici: nam Vopiscus hunc Hadriani locum imitans, pro aliptes dixit medicus, ut modo observabamus. notum qui aliptæ dicerentur in arte gymnastica: sed apparet ex hoc loco male audisse id genus hominum, quod artes veritas tractarent: nam ea ratio est, cur mathematicis & aruspicibus conjungantur. causam arbitror esse; quod athletas ad victoriam preparantes, non solum artis suæ præceptis eos instruerent, sed & veneficia adhiberent. habuit & circus suos aliptas: nam Glossis exponitur Conditor, ἀλειπῆς ἰστων. unde constat aliptas etiam dictos esse, quos vocant Latini conditores factionum. Veteres autem & athletas & aurigas veneficiis usos esse ad parandam in certaminibus suis victoriam, testatissimum est. apud Philostratum lib. vii. de vita Apollonii, disputat Damis, versari late hunc ex-

rorem in vita: ut quæ virtute Dei evaniant, ea mali daemones sibi vindicent, ac vulgo homines credant accidisse magicis & similibus impostorum aribus: nominatim autem proferunt in exemplum athlete. οἱ ἀληϊεργεῖ, αἰτ, ἔ ἀνθρώπων εἰς τὰς γυμνασιασ ἀναφέρει (ἰ ταύτα) πεινῶσα (ἰ δὲ) αὐτὸ εἰς πολλὰ ἔ ἀνθρωπίων δειν) μὲν αὐτῆς (scribo δὲ γῆς: nisi ex procedentium verborum mente suppleas, ἔ ἀληϊεργεῖ γυμνασιασ βοηθείας) διοτι οἱ ἀγωνισαὶ πάντες, ἀλλὰ τι νικῶν γλίχεται. κὲ ἐν ἀμαρτανῶν μὲν αὐτοῖς εἰς τὴν νίκην εἰδὲν ἂ δὲ ἀπὸ τῆς νικῶσι, ταῦθ' οἱ κηροδαίμονες αὐτοῖς ἀφιδόμφοι λογιζονται τῇ τέχνῃ ταύτῃ. omitto de veneficiis aurigarum plurimos veterum locos. Eandem etiam ob causam & aruspices, quorum hic mentio, apud bonos male audiebant. Augustinus confessionum libro iv. cap. 11. Recolo cum mihi theatrici carminis certamen inire placuisset, mandasse mihi nescio quem aruspicem, quid ei dare mercedis vellem, ut vincerem: me autem facta illa sacramenta detestatum & abominatum respondisse: Nec si corona illa esset immortalis & aurea, muscam pro victoria mea necari sinerem.

SALMASIUS.

I Nemo archisynagogus Judaeorum, nemo Christianorum presbyter.] Judæis archisynagogos quasi proprios videtur attribueri, ut Christianis presbyteros. Judæis tamen etiam sui presbyteri, præter archisynagogos & patriarchas. Cod. Theod. de Jud. cal. & Sam. leg. xii. archisynagogis patriarchisque ac presbyteris, qui in ejus religionis sacramento deserviunt. & leg. xiv. eod. tit. Superstitionis indiget est, ut Archisynagogi sive presbyteri Judaeorum, vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum à patriarcha certo tempore diriguntur. hiercos vocat hos presby-

daorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter,
 1 non mathematicus, 2 non aruspex, non aliptes. 3 Ipse ille
 patriar-

presbyteros lex quarta ejusdem tituli: Hieros & archisynagogos & patres synagogarum, & ceteros qui synagogis deservunt. perperam excusum est: Hieros. Hieros, hieroi, hiero, Latine declinarunt, & inde hieroi, oi iepois, hieros, τὸς iepois. sic in illius legis inscriptione, de hierois, & archisynagogis. sic archierem pro archieva, hoc est τὸς iepois notavimus apud Lampridium in Alexandro: Syrum archisynagogum eum vocantes & archie, eum. ita enim ibi habent scriptum libri calamo exarati. sed de archisynagogis, presbyteris, Apostolis & Patriarchis Judæorum nos alibi.

1 Non mathematicus, non aruspex, non aliptes. Nec hujus loci mentem cepit eruditissimus Casaubonus. putavit hoc dicere Hadrianum, nullum esse in Ægypto Judæorum archisynagogum, nullum Samariten, nullum Christianorum presbyterum, quin simul etiam fuerit, mathematicus, aruspex & aliptes. at id scimus quam longe sit ab auctoris mente, & hujus loci sensu alienum. hoc enim voluit dicere Hadrianus: nullam esse in Ægypto religionem, plures autem esse, nullam artem aut professionem quæ non Sarapin colat. ab omnibus igitur eum adorari quamvis diversæ religionis hominibus. omnium etiam artium professores eidem devotos esse. illic, inquit, qui Sarapin colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Sarapi qui se Christi Episcopos dicunt: nemo illic archisynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Christianorum presbyter, non mathematicus, non aruspex, non aliptes, qui non Sarapin colat, scilicet. hæc enim verba hoc loco subaudienda sunt. idque patet cum ex præcedentibus, tum ex sequentibus. ipse ille, inquit, Patriarcha quum Ægyptum venerit, ab aliis Sarapidem adorare, ab aliis cogitur Christum. summum igitur &

Tom. II.

præcipuum numen in Ægypto Sarapis, & cui non solum gentiles, & Ægyptiæ religionis homines, sed etiam Judæi, Christiani, Samaritæ, cultum venerationemque exhiberent. sed hoc de Christianis quis credat? non etiam credibile est de Judæis & Samaritis.

Non mathematicus, non aruspex, non aliptes.] Sic paulo ante Vopiscus, medicos cum aruspibus, & mathematicis conjungebat, ut heicaliptas Hadrianus. at medicos quidem ibi Casaubonus accipiebat eos qui in medicina facienda peraptis, & id genus aliis magicis remediis uterentur: ideoque junctim cum mathematicis & aruspibus à Vopisco propositos esse. heic vero ab Hadriano aliptas idcirco jungi cum iisdem mathematicis, & aruspibus, quod id hominum genus male audiret, artesque vetitas tractarent. male audisse hoc nomine aliptas nondum didici. notum autem qui dicerentur in arte gymnastica aliptæ. circum etiam suos aliptas habuisse notat idem vir præstantissimus. veteres autem athletas & aurigas veneficiis uti consuevisse ad parandam in certaminibus victoriam. sed fingamus utrumque genus aliptarum tam circense quam gymnasticum vulgo male audisse, & eo nomine infamatos esse quod artes malas & vetitas tractarent: an credibile est Hadrianum adeo male de mathematicis & aruspibus sensitse, ut eos cum malarum vetitarumque artium professoribus jungeret, & eodem congregaret? at quomodo potuit Hadrianus male de mathematicis sentire, quin & seipsum suo judicio sententiaque condemnaret? ipse enim insignis mathematicus fuit. Spartianus in ejus vita: *mathesin sic scire sibi visus est, ut sero Kalendis Januariis scripserit quid ei toto anno posset evenire. Aruspicina porro non tantum in Ægypto,*

Z z

sed

sed etiam Romæ vulgo frequentata, nec inter artes inconcessas habita. non igitur hæc est hujus loci sententia, quam putavit vir undequaque doctissimus, sed ea quam supra exposuimus.

2 *Non aruspex, non aliptes.*] Vopiscus supra ad hunc locum respiciens, medicos vocavit, quos heic Hadrianus, *aliptas*. Sed quænam, inquires, medicorum cum aliptris affinitas? immo maxima. nam & medicinæ artis olim pars fuit aliptrice. nec in gymnastica tantum noti aliptæ, sed etiam in iatrice: qui non solum ad conservandam valetudinem, vires acquirendas, bonumque colorem conciliandum adhibebantur, sed etiam interdum ad recuperandam sanitatem. nam & extitere olim nonnulli qui longos morbos aliptis tractandos curandosque traderent. hinc ex medico & unctore compositum nomen, *ιατρολεπτις*. Plinius lib. xxix. cap. 1. *Prodicus Selymbriæ natus discipulus ejus, instituens quam vocant iatrolepticen, unctoribus quoque medicorum, & mediastinis vestigalia invenit. iatroleptas unctores medicorum reddit. per aliptas igitur hoc loco Hadrianus iatroleptas quin intellexerit minime dubium est; & ita etiam eos accepit Vopiscus, qui medicos dixit quos Hadrianus aliptas. Ceterum verisimile est in Ægypto, ubi hæc studia & artes maxime vigeant, multos fuisse qui & medicinam simul profiterentur & alipticen. atque hi iatroleptæ proprie dicti. quos contemptim aliptas tantum vocat Hadrianus.*

3 *Ipsè ille Patriarcha.*] En Episcopum Alexandrinum Hadriani temporibus Patriarcham appellatum! non igitur tam recens est Patriarchæ nomen in Ecclesia Christiana quam quidam videri volunt, quibus placet nec Niceni primi Concilii ætate, tanto post Hadrianum intervallo, usitatum illud inter Christianos fuisse, pro eo qui toti diœcesi præerat, & diœceseos exarchus dicebatur. quos alibi refellam. & satis eos hic locus

confutat. magnus etiam error est viri magni, qui scribit ad hunc locum fuisse olim Patriarchas non solum apud Judæos & Christianos, sed etiam apud gentiles. nullos ego gentiliū religionum cultores ita dictos memini legere. nam quod idem vir summus Gamalielum Patriarcham, cujus mentio apud Marcellum Empiricum cap. xxxiii. quin paganus fuerit, nullomodo dubitandum esse censeo. ego contra nullus dubito, quin fuerit Judæus. quod & ipsius nomen ostendit, plane Judaicum. neminem quippe legere est inter paganos isthoc nomine nuncupatum. meminit porro Honorius leg. xxii. Cod. Theod. de *Judæis, caliculis, & Samaritanis, Gamalieli* cujusdam Judæi quem iisdem vixisse temporibus constat, quibus Marcellus. verba legis: *quoniam Gamalielus existimavit se posse impune delinquere, quod magis est erectus fastigio dignitatum, &c.* nam honoraria præfecturæ codicillos ab imperatore obtinuerat. & fortasse ille Patriarcha inter suos, hoc est Judæos fuerat. sed non fuerit Patriarcha, non ille sit cuius meminit Marcellus, non iisdem denique temporibus vixerit: constare debet inter omnes, Gamalielum illum Patriarcham Marcello laudatum, fuisse Judæum, cum nulli fuerint inter paganos Patriarchæ, nulli Gamalieli nominati.

CASAUBONUS.

3 *Ille ipse patriarcha cum Ægyptum venerit.*] Inaudiverat aliquid Hadrianus de patriarcha Alexandrino cum in Ægypto esset, deque summa ejus dignitate: sed falsa pleraque ei persuaserant homines Ægyptii, immortales & Judæorum & Christianorum hostes. iis auctoribus credit Hadrianus, non fixam in Ægypto sedem habuisse patriarcham, sed certis solum temporibus eò venire solitum: quod scimus esse falsissimum. Est autem verisimile quandiu Alexandria fuit Hadrianus, laruisse episcopum Alexandrinum, sive is Justus fuit,

patriarcha quum Ægyptum venerit, ¹ ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum. Genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum: civitas opulenta, dives, fecunda, in qua nemo vivat otiosus. Alii vitrum constant, ab aliis charta conficitur: ² alii linyphiones

fuit, sive ejus successor Eumenes: quo facilius illi persuasum est id quod diximus. Fuere olim patriarcha non solum apud Judæos & Christianos, verum & gentilium religionum cultores: nam Gamalielus patriarcha quem laudat Marcellus empiricus cap. XXI. quin paganus fuerit, nullum est dubium. invenies & alibi factam ejus nominis mentionem etiam in scriptis $\tau\epsilon\lambda\lambda\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$.

¹ Ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum.] De Serapi verum est: nam id assidue agebant hostes Christiani nominis, ut quacunque via, à vera pietate ad gentium errores & populum Christo devotum, & populi duces traducerent. quare istud quidem vere Hadrianus: de CHRISTO autem, falsissime simul ac vanissime. sed hoc illi persuaserant Ægyptii.

S A L M A S I U S.

² Alii linyphiones sunt: omnes certe cujuscunque artis, & videntur & habentur.] Ita reposuimus ex scripti codicis auctoritate, cum vulgo legeretur etiam in editione Casauboni: ab aliis charta conficitur. omnes certe linyphiones cujuscunque artis & habentur & videntur. corruptissime. linyphiones quidem pro linyphiones corrigendum admonuerat idem Casaubonus. nihilo tamen secius locus vitiatum & impuratum manebat. quam ridiculus enim sensus ex vulgata illa lectione eliceretur minime perspexit, vir alias sagacissimus. quis enim credat, aut verisimile censeat, cujuscunque artis & professionis homines in Ægypto, etiam linteones fuisse, & linteis texendis parandisque etiam operam dedisse, qui alias artes exercebant? hac sen-

tentia nihil absurdius fingi poterat, aut ab auctoris mente magis alienum: cujus hic sensus est; neminem in Ægypto otiosum vivere: cujuscunque artis homines ibi videri & haberi: alios vitrum constare: ab aliis chartam confici: alios linyphiones hoc est linteones esse. recte igitur à nobis emendatum ex veteri libro: alii vitrum constant: ab aliis charta conficitur: alii linyphiones sunt: omnes certe cujuscunque artis, & videntur & habentur.

² Alii linyphiones sunt.] Ita correximus pro linyphiones, quod anteriores omnes editiones occupabat, etiam primam, omnium emendatissimam. verbum Græcum est $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\eta\varsigma$ vel $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$, quod lini textorem significat. Latini hanc vocem suam fecere, & linyphum quoque dixere. plane, ut dixi, Græcum est. $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$ enim & $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$, ut $\sigma\alpha\kappa\chi\upsilon\phi\alpha\acute{\nu}\tau\eta\varsigma$, pro $\sigma\alpha\kappa\chi\upsilon\phi\alpha\acute{\nu}\tau\eta\varsigma$. hinc linyphum Latinis usurpatum pro lini textore. lex VII. Cod. Theod. de mirilegulis, & *synaciaris*: non minore circa eos etiam multa comminatione proposita qui obnoxios Scythopolitanos linyphos publico canoni in pesterum suscipere conabuntur. perperam hodie legitur, linyphos. quod vitium in unius litteræ trajectione stat. à voce $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$, $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$, lini textinum. $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$ dixit Constantinus apud Eusebium lib. II. $\acute{\omega}\sigma\epsilon\ \kappa\acute{\iota}\ \eta\ \gamma\upsilon\omega\alpha\iota\kappa\epsilon\iota\omega\iota\varsigma\ \eta\ \lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon\iota\varsigma\ \epsilon\mu\beta\lambda\eta\theta\epsilon\upsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma\ \acute{\alpha}\pi\eta\eta\ \tau\epsilon\ \kappa\acute{\iota}\ \acute{\alpha}\theta\lambda\iota\omega\upsilon\ \upsilon\pi\omicron\mu\upsilon\delta\epsilon\iota\upsilon\tau\epsilon\varsigma\ \kappa\acute{\iota}\ \pi\omicron\upsilon\ \kappa\acute{\iota}\ \omicron\iota\kappa\acute{\epsilon}\tau\tau\epsilon\iota\ \nu\omicron\mu\epsilon\iota\zeta\epsilon\omega\varsigma\ \epsilon\ \tau\alpha\mu\epsilon\iota\varsigma$. male in Eusebio editur, $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon\iota\varsigma$. vitiose etiam in Glossis scribitur, $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$, linteator, linitextor, cum scribendum sit, $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$. $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$ igitur, & $\lambda\iota\upsilon\phi\omega\theta\epsilon\upsilon\upsilon$ dice

nes sunt: omnes certe cujuscunque artis & videntur & habentur.

dicebatur. λινυφείον Latini linyphium dixerunt: ut γυναικείον, gynacium: τοπειον, topium: Λύκειον, Lycium, & familia. igitur à voce linyphium quod lini rextinum significat, linyphiones iidem Latini derivarunt, & linyphiariorum, ut à gynacium, gynaciariorum. sic linyphiones hoc loco sunt lini textores, vel linteones. inde linyphiariorum leg. xvi. Cod. Theod. titulo quo supra: Si quis ex corpore gynaciariorum, vel linteatorum, sive linyphiariorum. ita enim in illa lege scribendum, non linyphiariorum. vitiosius etiam depravatusque excusum est in Cod. Just. linyphiariorum. linyphiariorum dici non possunt, sed linyphiariorum, à linyphium: ut gynaciariorum à gynacium. male etiam Græci interpretes qui λινυφείας scripserunt in illa lege. nisi eos scripsisse dicamus, λινυφείας. nec melius princeps Jurisconsultorum qui in dicta lege lintearios à linyphiariorum sic distinguit, ut dicat lintearios esse linteæ vestis artifices; linyphiariorum autem, sic enim ille scribit, linyphices. in utroque egregie falsus est: nam lintearii sunt linteæ vestis negotiatores, linyphiariorum linteæ vestis artifices, & linteatorum textores. linteatores & linteones vocat auctor Glossar. λινυφείας, linteos. λινυφείας, linteator, linteator. sic lintearius est qui linteæ vendit, linteos qui linteæ conficit, & rexit. Græci linteonem λινυφείας appellant. Latini etiam linyphium, linyphionem, & linyphiarium. optimæ Glossæ: lintearius, ὀνομασπώλης. linteos, λινυφείας. sic lintearius accipitur pro linteæ vestis negotiatore leg. vii. C. de excus. mun. negotiatores, vestiarios, lintearios, purpurarios & parthecarios. editiones ibi vulgo legunt linteones. sed lintearios asseruit Cujacius ex veteribus libris. eadem differentia est inter linteonem & lintearium. Glossæ: vestio, χοινοπώλης. vestiarius, χοινοπώλης. non desuere tamen ex antiquis Grammatici, qui in

contraria omnia ierent, & linteones, ut & vestiones, acciperent pro iis qui faciunt: lintearios, & vestiarios pro mercatoribus. vetus Grammaticus: linteos, est mercator. Cornelius Fronto: vestiarius qui facit, vestio qui vendit. Linyphionem autem Latini videntur eadem forma appellasse eum qui Græce λινυφείας dicitur, quæ & pipiones dixerunt, qui Græcis πίπια. Græce enim πίπια, avis pullus: Latine pipio. sic qui Græcis βάμβαλλος, Latinis bambalio. quem iidem Græci ἀρδαλιον, Latini ardalionem, vel ardelionem. sed frequentius in libris antiquis, ardalio reperitur scriptum. verum de his alibi.

CASAUBONUS.

I Omnes certe linyphiones cujuscunque artis & videntur & habentur.] Legendum, linyphiones, sive linyphiones. artificum nomina Latini efferunt vel in aris, ut calceolarius, solearius, molochinarius, & alia sexcenta: vel in eo aut in; ut pelliio, linteos, phrygio. in quibusdam utrumque typum usurpabant: ut linteos & lintearius: linyphio & linypharius. in hoc nomine utrumque typum observo usurpatum: Hadrianus hic linyphionem dixit; alii linyphiarium. Impp. Theodosius & Valentinianus lege secunda Cod. Theodof. de murilegulis & gyn. Si quis ex corpore gynaciariorum vel linteatorum, sive linyphiariorum. Linyphiones sive linypharios Græci λινυφείας dixerunt. Glossæ, λινυφείας, linteos. in iisdem separantur linteones & lintearii. Ex hoc autem loco intelligi potest Ægyptiaci lini copia: nam significat Hadrianus, in lini paratura, aut operum linteorum confectioe bonam Ægypti partem fuisse occupatam; etiam eos qui alias artes exercebant.

GRUTERUS.

I Omnes certe linyphiones.] Est hæc scriptura Pal. nam vulgati incepte linyphiones.

I Pida-

bentur. ¹ Podagrosi quod agant habent: habent = caci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt. ² Unus illis deus est. hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes

SALMASIUS.

¹ Podagrosi quod agant habent: habent caci quod faciant: ne chiragrici quidem apud eos otiosi vivunt.] Ita scripsimus, certissima conjectura ducti. vulgo e-
debat: podagrosi quod agant, habent, caci quod agant habent, caci quod faciant: ne chiragrici quidem, &c. quæ mera bat-
tologia est.

CASAUBONUS.

² Caci quod agant habent, caci quod faciant.] Alterutro loco scribendum clodi, id est, claudi.

³ Unus illis deus est: hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur & gentes.] Quomodo unus illis deus, si alii Christum, alii coluerunt Serapim? ut omnem cæteram deorum turbam, quos Ægyptii cum reliquis paganis ea tempestate vel superstitiosissime venerabantur. Omnino ab aliena manu hæc verba sunt, non Hadriani. nempe hæc notaverat Christianus aliquis lector ad superiora Hadriani verba, quibus videtur diversissimas quæ in Ægypto vigeabant *hæreses*, Christianorum, Judæorum, Samaritarum, Græcorum, miscere ac confundere: deinde aliquis sciolus è codicis sui mundo in textum, ut sit, ea transtulit. hæc ita esse argumento est vox *gentes*: quæ Christianis & Judæis hic opposita, auctoris sui conditionem palam facit.

GRUTERUS.

³ Unus illis Deus nullus est. hunc Christiani, &c.] Exhibui quod inveneram in Palatino. publicati prius: *Unus illis Deus est. hunc Christiani.*

SALMASIUS.

³ Unus illis Deus est. hunc Christiani, hunc Judæi, hunc omnes venerantur.]

Hæc non mediocriter confirmant expositionem nostram verborum, quæ in principio hujus epistolæ habentur, quibus dicere diximus Hadrianum, omnes in Ægypto commorantes, cujuscunque religionis, aut artis essent, Sarapidem coluisse. neminem, scilicet, illic archisynagogum Judæorum, neminem Samariten, neminem Christianorum presbyterum, nullum mathematicum, nullum aruspicem, nullum fuisse medicum aut aliptem qui Sarapidem non coleret. Totam tamen hanc periodum Casaubonus habet suspectam, ut spuriam, & supposititiam, & ab homine Christiano huc insultam. quomodo enim, inquit, unus illis Deus, si alii Christum, alii coluerunt Sarapim? huic objectioni pro me occurret Vopiscus ipse, vel potius Hadrianus, qui in principio hujus epistolæ dixit, in Ægypto qui Sarapim colerent Christianos fuisse, & devotos Sarapidis fuisse qui se Christi Episcopos dicerent. quinimo ipsum illum Patriarcham Christianorum, si quando in Ægyptum veniret, cogi Sarapim adorare. si igitur qui Christiani erant, Sarapim adorabant: si eum colebant & Judæi, & Samaritæ, & cujuscunque artis & religionis in Ægypto homines: sequitur id esse verum quod Hadrianus hoc loco dicit, unum, & unicum sive præcipuum summumque Deum Ægyptiis fuisse Sarapim, quem Christiani, quem Judæi, quem omnes venerarentur, & gentes. non nescio præter Sarapim multos alios deos ab Ægyptiis fuisse cultos: sed cum illi plura numina haberent, quæ ab reliquis gentilibus deridebantur, unus eorum Sarapis ab omnibus Ægyptum incolentibus colebatur, cujuscunque nationis aut superstitiois essent. atque hic est sensus hujus loci. verba autem ista, quem omnes venerantur, & gentes, perperam

omnes venerantur & gentes: ¹ & utinam melius esset morata

pro gentilibus vel paganis accepit vir eruditissimus, qui ideo putabat ab aliquo ea Christiano lectore ad hunc locum notata, mox à quodam sciolo è codicis mundo in textum tralata. non sic factum est. debuit ille dicere, hunc venerantur & gentes: vel, hunc omnes venerantur & gentiles. at omnes gentes, non nisi de omnibus populis aut nationibus accipere possis. dicit ergo Hadrianus, omnes, quamlibet inter se diversas aliis rebus religiones ac superstitiones, in Sarapide tamen colendo consensisse ac conspirasse, ut Christianos, Judæos, & Samaritas: omnes denique cum gentes coluisse, ut Romanos, Græcos, Syros, Judæos, Persas, Armenios, &c. scio gentes pro gentilibus passim à veteribus Christianis usurpari, sed hoc loco id locum non habet. quos autem Græci ἐθνικῶς, Latini gentiles, vulgus paganos vocabat. hos à pagis hoc est vicis dictos volunt eruditissimi viri: quod in pagis rusticorum superstitio fugiens diu hæserit, cum jam ab urbibus in totum esset fugata. sed falluntur illi. Græcis ἐθνοῦς, & Latinis gens idem. hinc Latinis gentiles, qui Græcis ἐθνοῖς. at paganos vulgus pro gentilibus dicebat. nam pagus apud Latinos idem etiam quod ἐθνοῦς, vel gens; & quamvis amplum regionis tractum, totamque aliquam præfecturam, gentemque quamlibet populosam significat. Glossæ: pagus, ἡ περὶ τὴν ἑσπέρην, ἡ ἑσπερία, ἡ ἑσπερία, ἡ ἑσπερία. hinc Helveriorum tota gens in quattuor pagos divisa apud Cæsarem. hinc vox nostra Gallica, pays. sic paganus & gentilis idem plane significant. Cod. Theod. de hæreticis, leg. XLVI. Judæi, atque gentiles quos vulgo paganos appellant. hinc pagum pro gentilitate ipsa usurpavit Prudentius:

— & dedita nomina pago.

paganos intellexit. quo tamen loco vulgo abutuntur eruditi homines, ut probent paganos à pagis hoc est vicis

appellatos. quos pluribus alibi confutamus. nam hæc heic obiter.

I Et utinam melius esset morata civitas. Male moratam fuisse Alexandriam urbem etiam testatum reliquit vetus scriptor Græcus, qui Ἐπιφάνης composuerat. scripsit enim hujus urbis neque judicia neque privata negotia regi unquam potuisse. & hoc uni Alexandria præter cæteras urbes peculiare contigisse, ac præcipuum, quod in tanta hominum colluvione ac confusione rerum non per rectum aliquod regionem administrationemque, & publicorum ordinem judiciorum staret: sed per rerum ipsam naturam fortuito magis, quam bono more ac regimine subsisteret. quod aliquis de nostra Gallia jure meritoque nunc posset dicere. Græci auctoris illius textum ipsum non habemus, sed versionem tantum antiquam, ab homine inepto & barbaro, ac Latinæ juxta Græcæque linguæ imperito curatam, cujus nobis copiam fecit Juretus noster. hujus locum integrum quo Alexandria describitur, quod & multa scitu digna contineat, & hanc Hadriani de Alexandria epistolam multis partibus illustret, huc adferre non gravabor. sic igitur habet ille: Alexandria autem civitas est valde maxima, & eminent in dispositione, abundans omnibus bonis, & æscis dives: piscium enim tria genera manducat, quod altera provincia non habet, fluminale, & stagnense, & marinum. omnes autem species aut aromatis, aut aliquibus negotijs barbaricis in eo abundant. supra caput enim habens Thebaidis Indorum genus, & accipiens omnia præstat omnibus. Et Dii coluntur eminenter, & templum Serapis ibi est. unum est solum spectaculum novum in omni mundo. nusquam enim terre, aut adificium, aut dispositio templi, aut religio talis invenitur. undique autem munus ei reddere * videatur. possidet cum omnibus quibus habet bonis & unam rem, quod nusquam nisi in Alexandria, & in

rata civitas, ¹ digna profecto sui profunditate, qua pro sui magnitudine totius Egypti teneat principatum. Huic ego cuncta concessi, vetera privilegia reddidi, nova sic addidi ut presenti gratias agerent. ² denique ut primum inde discessi, & in filium meum Verum multa dixerunt, ³ & de Antonino qua dixerunt comperisse te credo. ⁴ nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur, ⁵ quos quemadmodum fecundant

ejus regione sit. cuius neque iudicia, neque privata negotia regi possunt. sed pene per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. & quid est quod sic à nobis laudatur? chartas quod ipsa faciens, & omni mundo emittens, utilem speciem omnibus ostendit, sola hoc supra omnes civitatesque, & provincias possidens, sed sine invidia prestant bonorum suorum. hæc bona fide ex veteri libro membranaceo descriptissimus, servatis etiam solocismis barbari scriptoris, & exemplaris mendis.

1 Digna profecto sui profunditate, qua pro sui magnitudine.] Omnino legendum: digna profecto, qua pro sui profunditate ac magnitudine totius Egypti teneat principatum. nisi quis potius cum Casaubono legere malit: qua pro sui profunditate totius Egypti teneat principatum, ut illud, magnitudine, interpretamentum fuerit illius alterius vocis, profunditate, ab aliquo sciolo adjectum.

GRUTERVS.

1 Digna profecto sui profunditate, qua pro sui magnitudine.] Pal. digna profecto qua pro sui funditate, qua pro sui magnitudine.

CASaubONUS.

1 Digna profecto sui profunditate qua pro sui magnitudine totius Egypti teneat principatum.] Reg. dig. prof. pro sui fecunditate, qua p. sed alia medicina indiget hic locus: nam & hic aliena verba in locum non suum irreperunt. Scribe: digna profecto qua pro sui profunditate, totius Eg. t. pr. quis dubitat vocem magnitudine interpretamentum esse alterius vocis? appellat au-

tem profunditatem Alexandria, (nam de ea loquitur, etsi nominat nunquam, ut qui ejus civibus esset iratus:) amplitudinem ejus urbis, civium multitudinem, & altas opes: non enim possumus ad laudem ingenii aut prudentiæ referre: præcedit enim, totam didici levem, pendulam, &c. Sic accipio verba Josephi cum profundam Egyptum appellat Αλώσεως libro secundo, capite xxviii. δὲ οὐκ ἐκ κελύφης τῆ πόλις τὰ μέγιστα τῶν βασιλέων Αἰγυπτῶν ἄμφοι τῆ Μακεδόνων Ἰσχυρία χαλινῶι. alio sensu ἐθὺς βαβὺ apud Philostrat. in primo Vita.

2 Denique ut primum inde discessi &.] Melius, deinde.

3 Et de Antonino qua dix.] Constans veterum librorum scriptura: erant nempe obliti librarii qua de Antinoo dicta sunt in Hadriano. nam scribendum, Antinoo.

4 Nihil illis opto nisi ut suis pullis alantur: quos quemadmodum fecundant pudet dicere.] Fœcundabant in sterquilinio. Aristoteles Historiarum libro vi. capite secundo, de generatione puliorum ex ovis differens: ἐκπέτεται γὰρ ἐν τῷ ὄσῳ ἐπιωρῶντων τῶ ὀπίσθων & μὴ ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μέρους ἐν τῇ γῆ, ὡσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἔρπυσσιν εἰς τὴν γῆν ἐν τῇ κούρῳ.

SALMASIUS.

3 Et de Antonino qua dixerunt.] Lege cum Casaubono: & de Antinoo.

5 Quos quemadmodum fecundant, pudet dicere.] Scio, fecundare Latinum esse, nec ignoro pullos fecundari Latine dici posse. puto tamen, Vopiscum scripsit.

dant, pudet dicere. *Calices tibi allassontes versicolores trans-*

scripsisse: nihil illis opto nisi ut pullis suis alantur, quos quemadmodum forum dant, pudet dicere. qui ova fovenda gallinæ committit, is pullos forum dare, eleganter dicitur. at Ægyptii non gallinis, sed sterquilinio pullos forum dabant. nam in sterquilinio ova defodiebant, ut ibi foverentur, & pulli excluderentur. forum dare, sic dicitur, ut nuptum dare. si quis autem vulgatam retinet, per me retineat.

CASAUBONUS.

I Calices tibi allassontes versicolores transmissi, q.] Calyces allassontes dicuntur, qui subinde colorem mutant, aliam atque aliam exhibentes sicut palumborum colla. de hoc genere vitrorum sentit auctor in Tacito, vitreorum diversitate atque operositate vehementer est delectatus. de vitris Ægyptiis non semel alibi dictum. affinis est cum re tum nomine color ille quem non in vitris, sed in vestibus appellamus hodie changeant, id est, ἀλλασσόντες. Latinam vocem versicolores, et si Græca interpretatio potest videri, γνησίαν tamen censeo. Fortean scripserat, tres missi, non transmissi.

SALMASIUS.

I Calices tibi allassontes versicolores transmissi.] Putem legi debere: calices tibi allassontes, i. versicolores transmissi. allassontes, id est versicolores, & sane allasson calix, & versicolor idem. nam ἀλλασσών calix dicitur, qui colores mutat, & alium aliumque subinde colorem ostendit, ut in collis columbarum videmus. colorem mutantem vulgo vocamus, hoc est ad verbum, ἀλλασσόντες. vitrum autem olim, ut etiam nunc, in varios colores tingebatur & pingebatur: nec enim alsa, inquit Plinius, materia sequacior, aut etiam pictura accommodatior. hinc & album fiebat & myrteum, & sapphirinum hyacinthinumque, & omnibus aliis coloribus. in Ægypto vero ex vitro fiebant calices versicolores pretiosissimi,

quos Hadrianus ἀλλασσόντες heic vocat. & narrat Strabo lib. xvi. se à vitrariis Alexandrinis accepisse esse quamdam in Ægypto terram ὑαλίτην sine qua hujusmodi calices versicolorii perfici nequirent. verba ejus hæc sunt. ἡκεῖνα ἃ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὠρθοῦν τὴν ὑαλίτην εἶναι λέγεται καὶ κατ' Αἴγυπτον ὑαλίτην γλῶσσι καὶ χαλκοῖς οἷόν τε τὰς πολυχρῶους καὶ πολυτελεῖς καὶ ἀσπιδούς ἀποτελεσθῆναι. hinc non parvi muneris loco tres hujusmodi versicolores & allassontes calices Serviano misit Hadrianus, quos à templi sacerdotis accepit, eumque admonuit, ut festis tantum diebus eos adhiberet, caveretque ne Africanus iisdem indiligenter uteretur. ex quibus apparet magni pretii hujusmodi calices fuisse. πολυτελεῖς καὶ πολυχρῶους vocat Strabo. scribit idem eodem loco, Romæ vitrarios multa commentos esse & ad vitreorum colores, & ad eorumdem tornandorum facilitatem, tantamque ex eo vilitatem eorum fuisse, ut vulgo poculum vitreum asse venum daretur. καὶ ἐν Γόμῃ δὲ πολλὰ πικροῦσι καὶ φασὶ καὶ αἰσὶ τὰς χρῶας καὶ αἰσὶ τῶν βασιλῶν τὴν καὶ ἀσπιδούς, καὶ ἀπὸ ἐπὶ τῆ κρυσελλοφανῶν, ὅπως καὶ τὸν βλίον χαλκῆς πελασθῆναι καὶ ἐκπυρρῆσθαι ἐστὶν calices ejusmodi vitrei quos Strabo intellexit, quique Romæ tam vili pretio venum ibant, audaces vulgo dicebantur. Martialis:

Nos sumus audaces, plebeja torenmata vitri.

Nistra nec ardenti gemma feritur aqua. ita legendum distinguendumque apud Martialem. hodie excuditur,

Nos sumus audaces plebeja torenmata vitri.

atqui vitrum non dicebatur audax, sed calices ex vitro audaces. nam in lemma scriptum exhibent libri: calices audaces. de his idem alibi:

Cum

Cum tibi Niliacus portet crystallacata-
plus,
Accipe de circo pocula Flaminio.
Hi magis audaces, an sunt qui talia mit-
tunt
Manera? sed gemmis vitibus usus inest.
Natum sollicitant hæc Flacce toreumata
furem.

quibus omnibus summam eorum ca-
licum vilitatem fuisse indicat. & ma-
gis Strabo qui χαλκῆς πελαγῶν hu-
jusmodi vitreum poculum scribit,
hoc est asse, vel assis quadrante. male
Epigramma illud Martialis de fictili-
bus accipiebat Turnebus, cum de vi-
treis accipiendum sit. de eodem ge-
nere poculorum intelligendus idem
Martialis:

Asse duos calices emit & ipse tulit.
at Ægyptiaci ex vitro calices verfi-
colores atque ἀλλόχρους, quorum
hæc in epistola Hadriano mentio,
longe pretiosissimi. diversitate igitur
& operositate vitrorum, ut cum Vo-
pisco loquar, celebris olim Ægyptus
ferebatur. nam præter istos allasfon-
tes alia etiam ibidem pocula finge-
bantur arte manuque pretiosa, de
quibus Martialis hoc Epigrammate:

Adspice ingenium Nili, quibus addere
plura

Dum cupit hæc quoties perdidit auctor
opus.

vitreos hos calices fuisse in quibus Æ-
gypti ingenium artificiumque osten-
tabatur, arguit lemma. sed qua in re
spectabatur ars illa? an in colorum
varietate? minime. in sculptura igitur,
& cælatura visebatur. vitrum
enim olim etiam argenti modo cæ-
labatur. Plinius: aliud flatu figura-
tur, aliud torno teritur, aliud argenti modo
calatur, Sidone quondam iis officinis nobili.
in flatu figurandis vitris, ut nunc
moris est, & in torno terendis, ut o-
lim etiam solebant, nullum operis
periculum. nam & audaces, qui ple-
beji erant calices, & parvo vanibant,
torno formabantur. hinc toreumata
Martiali dicta. at in sculpendis cælan-
disque periculum non parvum. nam
sæpe inter sculpendum frangebantur.

hoc est quod ait Martialis:

— quibus addere plura

Dum cupit hæc quoties perdidit auctor o-
pus.

atque hi sunt omnino calices qui dia-
treti dicebantur. Martialis:

O quantum diatreta valent, & quinque
comati.

Jurisconsultus ad leg. Aquiliam cla-
re hoc indicat: Si calicem, inquit, dia-
tretum faciendum dedisti, si quidem impe-
ritia fregit, damni injuria tenebitur: si ve-
ro non imperitia fregit, sed vimas habebat
vitiosas, potest esse excusatus. nugantur
qui diatretum calicem tornatilem
accipiunt quod toreuma dicitur. ma-
ge etiam majores nugas gariunt, qui
calicem putant esse vel crystallinum
vel myrrinum, artifici perforatum ad
includendas gemmas, & emblemata.
nunquam profecto hoc factum, ut
myrrinis aut crystallinis gemmæ in-
cluderentur, nec id fieri poterat. au-
reis tantum poculis gemmæ includi
solebant. hinc aurum gemmatum de hu-
jusmodi aureis calicibus gemmas in-
sertas habentibus. hinc sirus ab auro
gemmato in veteri inscriptione. Mar-
tialis: Calices gemmati:

Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus
aurum,

Adspice quot digitos exiit iste calix.

argenteis porro poculis, non gemmæ
sed aurea inferebantur emblemata.
quæ & chrysendeta, & chryscollata, &
chryscollata inde dicebantur. sic gem-
mæ aureis poculis, aurum argenteis
includebatur. crystallina autem &
myrrina nullis istiusmodi emblema-
tis usquam incrustata, quæ pura &
sincera per se magis placebant: ut ne
addam crystallinis & myrrinis nullo
modo inseri potuisse emblemata mi-
hi videri. si quis autem artifex in au-
reum poculum gemmas immittere,
aut in argenteum auri emblemata
pararet incidere, nullum frangendi
poculi sive aurei sive argentei subire
periculum poterat. siquidem nihil in
auro argentove frangi potest, quin
statim solidari queat, ac ferruminari.
at in vitro si quis frangat, totum
perit,

transmisi, quos mihi sacerdos templi obtulit, tibi & sorori
meae specialiter dedicatos, quos tu velim festis diebus convi-
viis adhibeas. Caveas tamen ne his Africanus noster
9^o indulgenter utatur. Hæc ergo cogitans de Ægyptiis
Aurelianus jussit ne Saturninus Ægyptum videret:
& men-

perit, materiaque simul cum manu-
pretio evanescit. diatretri igitur cali-
ces erant vitrei, cavati perforatique,
hoc est sculpti. si quis calicem, diatre-
trum faciendum dederit, hoc est, si quis
calicem vitreum, perforandum ca-
vandumve dederit. *Διὰ τῆς σκευῆς* est per-
forare vel cavare. *καυαρε* & *forare*, idem
est. hinc *cavus*, & *foramen*, res eadem.
καυαρε autem Latini pro sculperet, ut
Græci *Διὰ τῆς σκευῆς* posuerunt. qui enim
gemmas scalpunt, quasi quosdam sul-
cos in iis cavant, & foramina cælo
imprimunt. inde *cavatores* dicti, gem-
marum scalptores. in veteri inscri-
ptione mentio est, *cabitorum de sacra*
via: qui non alii sunt intelligendi.
cabitarii etiam vel *cavitarii* dicebantur
à cavitandis lapidibus. Græci *καβι-*
δαριος voce Latina dixerunt. Glossæ:
καβιδαριος, *cabitarus*. *cabitarus* pro
cavitarus. ut *cabator* pro *cavator* in ve-
teri saxo. Palladius *λιθοργῶν* inter-
pretatur: *ὡς γὰρ ἐν νεότητι αὐτῶν λι-*
θοργῶς, ὃν λέγουσι καβιδαριον καὶ α-
πελων λέγει αὐτή. λίθοι ἀνασκευῶσι
σμεράσδοι καὶ ὑάκινθοι ἐμπεπλάκησι
μοι. restituenda hæc vox Cod. Just.
de excusationibus artificum. ita enim li-
bri omnes scripti in ea lege legunt,
quæ prima est ejus tituli: *architecti,*
medici, pictores, statuarii, marmorarii, le-
tharii sive lacarii, cavidarii. vulgo *clavi-*
carii. Basilica Græca *cabitarios* illos
καβιδαριος interpretantur, ut nos
ibi docet Cujacius. sed mendum est
in ea voce Græca. nam *καβιδαριος*
perperam scriptum pro *σκαβιδαριος*.
sic in Glossis Basilicæ eorumdem
male legitur *καβιδαριος* pro *σκαβιδαριος*.
καβιδαριος, εργαῖωται. omnino, pro
σκαβιδαριος. sed unde *σκαβιδαριος*,

cavitarii dicuntur? *Sarda* gemmæ ge-
nus est, facillimæ sculpturæ. Plinius:
omnia autem hæc genera sculpturæ perimo-
citer resistunt, partemque cera in signo te-
nent. è diverso sarda ad hæc utilissima. à
sarda diminutivæ formæ. Græcis
σκαβιδιον, & σκαβιδιον. hinc σκαβιδιο-
ριοι recentioribus gemmarum cava-
tores, quod omnium gemmarum
optime facillimeque ac utilissime
scalperetur. sic *cavatores*, & *cavitarii*
iidem. Plinius: *expetuntur à scalptori-*
bus, ferroque includuntur, nullam non duri-
tiam ex facili cavantes. eodem plane
sensu diatretra vasa vitrea, Græcis ap-
pellata sunt, quæ scalpta cavataque
essent. huc adde quod omnibus lo-
cis, quæ cælum cavarat, quasi pertusa
perforataque videbantur, transluci-
diore scilicet per illa visu. hinc
Διὰ τῆς σκευῆς dicta. caro autem vanibant.
pretium enim eorum incendebar,
quod metus in iis cælendis non par-
vus erat artificio ne frangerentur. pe-
riculum etiam æque magnum. nam
sæpe operam oleumque perdebat,
dum cælo vellet indulgere, & plura
argumenta addere.

Versicolores transmisi.] Scribe cum
Casaubono: tres misi.

CASAUBONUS.

1 *Caveas tamen, ne his Africanus nos-*
ter indulgenter utatur.] Vide num me-
lius sit *indiligenter*. Africanus hic, Ser-
viani filius, puto, fuit, ætate adhuc
tenuer.

GRUTERVS.

2 *Indulgenter utatur.*] Ita & Palat.
legendum tamen videtur, *indiligenter*,
nisi usus continenti pro contento; &
nolit, nimium indulgere vino.

1 Magnam

& mente quidem divina. Nam ut primum Ægyptii magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamaverunt, *Saturnine Auguste, dii te servant:* & ille quidem, quod negari non potest, vir sapiens, de Alexandrina civitate mox fugit, atque ad Palæstinam rediit. Ibi tamen quum cogitare cæpisset, tutum sibi non esse si privatus viveret, ³ deposita purpura ex simulacro Veneris, ⁴ cyclade uxoriam militibus circumstantibus amictus, & adoratus est. Avum meum sæpe dicentem audivi se interfuisse quum ille adoraretur. Flebat

(inquit)

SALMASIUS.

1 *Magnam potestatem ad se venire viderunt.*] Magna potestates, ut magni iudices, quos habuimus supra. nam magna potestas, & magnus iudex idem. sic & celsæ potestates, & celsi iudices apud Ammianum Marcellinum.

4 *Cyclade uxoriam.*] An cycladem uxoriæ vocat, purpuram illam quam ex simulacro Veneris detractam esse dicit? sic uxoriæ cycladem diceret pro muliebri. sed hoc admodum insolens: nec mihi persuadere possum Vopiscum ita esse loquutum, ut uxoriæ pro muliebri usurparet. puto igitur legendum: *deposita purpura ex simulacro Veneris cum cyclade uxoriam, militibus circumstantibus amictus est.* & hanc lectionem plane confirmat editio princeps, quæ habet, *cum chlamyde uxoriam.* nec aliter libri Regii quos consulit Casaubonus. hic autem sensus est: cum Saturninus imperium sumpsit, purpureum pallium, quo amictetur, depositum sive detractum est, ex simulacro Veneris: cyclade quoque uxoriæ, hoc est uxoris suæ indutus est atque hic erat habitus tunc imperatorum, purpura chlamys, & aurata tunica. cum igitur imperatorie amictendus esset hic Saturninus, nec esset ad manum purpurea chlamys, ex Veneris simulacro purpureum pallium detractum est. cum irem aurata tunica in promptu minime haberetur, cyclade uxoris amictus est. cyclas,

tunica muliebris aurata. tales etiam & viriles fiebant, quas per illa tempora usurpabant imperatores, jam inde à Gallieno quem refert Trebellius auratam tunicam gessisse. tales deinceps gesserunt sequentes imperatores usque ad imperii finem: quas & privatis usibus contexi conficique vetuerunt AA. Valentinianus & Valens leg. 1. Cod. Theod. *de vestibus holoveris.* & leg. 11. cod. tit. *Nemo auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas.*

CASAUBONUS.

2 *Et ille quidem quod negari non potest, vir sapiens.*] Mox in Proculo: homo, quod negari non potest, optimus, idemque fortissimus.

3 *Depositam purpuram ex simulacro Veneris, c.*] Scripti, *de sim. deponere* dixit pro detrahere, auferre. in Probo: appellatus est imperator, ornatus etiam pallio purpureo, quod de statua templi oblatum est. & ita alibi.

4 *Cyclade uxoriæ.*] Reg. *cum chlamyde ux.* melius, *cyclade*, quæ vestis erat muliebris auro texta & pretiosissima.

GRUTERUS.

3 *Depositam purpuram ex simulacro.*] Sic & Pal.

4 *Cyclade uxoriæ.*] Palat. *conclude uxoriæ.*

x Nceef-

(inquit) & dicebat, ¹ *Necessarium (si non arroganter dicam) Resp. virum perdidit. Ego certe instauravi Gallias, ego à Mauris possessam Africam reddidi. Ego Hispanias pacavi. Sed quid prodest? omnia hæc affectato semel honore perierunt.* Et quum eum animarent, vel ad vitam, vel ad imperium, ² qui induerunt purpuram, in hæc verba differuit: *Nescitis, amici, quid mali sit imperare. ³ Gladii & tela nostris cervicibus impendent, imminent hastæ undique, undique spicula: ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non bella pro judicio, non arma pro studio. Adde quod omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam? inhabilis ⁴ videtur: ⁵ sin minus, inest furor. ⁶ nam quod impera-*

CASAUBONUS.

¹ *Necessarium, si non arroganter dicam, Resp. virum perdidit.] Similis vox alterius Saturnini tyranni, apud Trebellium Pollionem: Committiones, bonum ducem perdidistis.*

⁶ *Nam quod imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.] Longe aliter ista exhibent veteres: in quibus loco istorum hæc invenimus: Jam quod amabile omnibus Probum me amulum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus esse dux cupio: in necessitatem mortis me trahitis. Habes. non est in his integra sententia: erit si conjuncta vulgata lectione cum edita scribas: Nam quod imperatorem me cupitis potius quam illum amabilem om. vel, imp. me cup. rejicitis illum am. aut fastiditis.*

GRUTERUS.

² *Qui induerunt purpuram.] Pal. qui amugierunt purpuram. nempe fuit, amicerunt purpuram. recte.*

³ *Gladii & tela nostris cervicibus impendent.] Præit Pal. ad acutiorem sententiam. habet enim, gladiis & apendentibus cervicibus imminent hastæ undique. videntur quippe ea verba alludere ad factum Dionysii tyranni. itaque rescripserim; gladii setæ pendentibus cervicibus imminent; imminent hastæ*

undique: quamvis & suffecerit semel expressisse illud imminent.

⁴ *Videtur: sin minus, inest furor, &c.] Aliter hæc quoque Palatinus; nimirum, his & furore. jam quid amabilem.*

⁶ *Nam quod Imperatorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.] Ommissa sunt multa. Palat. enim præfert: jam quid amabilem omnibus Probum dico cui me malum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus esse dux cupio in necessitatem mortis; emendatumque, cui me amulum. forsitan possem fracta hæc integrare si anniterer; sed non libet profecto: nimis festino.*

SALMASIUS.

³ *Gladii & tela cervicibus nostris impendent, imminent hastæ undique.] Vetus editio: gladii setæ pendentibus cervicibus imminent, hastæ undique, undique spicula. de cujus lectionis veritate & elegancia dubitaturum opinor neminem. quo autem alluserit, nemo non videt. notum enim factum Dionysii tyranni.*

⁵ *Sin minus, inest furor.] Forte scribendum: senex est quispiam & inhabilis videtur. si juvenis, inest furor. vetus tamen editio legit: additur his furor. forte: ac juvenis, inest furor.*

⁶ *Nam quod imperatorem me cupitis.]*

peratorem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis.
Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero. M.
Salvidienus hanc ipsius orationem vere fuisse dicit, &
fuit re vera non parum literatus. Nam & in Africa
rhetoricæ operam dederat, Romæ frequentaverat
per-

iii.] Et hæc longa aliter scripta exhibet editio illa princeps, nempe hoc modo: jam quid amabilem omnibus Probum dico? cui me amulum esse cupitis, cui libens credo, & cujus dux esse cupio, in necessitatem mortis me trahitis. omnino legendum: jam quid amabilem orationibus Probum dico? cui cura me amulum esse cupitis, cui libens cedo, & cujus dux esse cupio, in necessitatem mortis me trahitis. aperta & plana sententia.

CASAUBONUS.

I Sed habeo solatium mortis, solus perire non potero.] Vox inhumana: sed quæ tamen & in ore hominum, & in scriptis veterum frequens. Plinius epistola xx. lib. vi. Posses gloriari non gemitum mihi, non vocem parum sortem in tantis periculis excidisse: nisi me cum omnibus, omnia mecum perire, misero magno tamen mortalitatis solatio, credidisset. Auctor panegyrici ad Constantinum: Nisi forte jam sentiens diem sibi venisse fatalem, ad solatium suæ mortis, voluit secum trahere quamplurimos.

2 Romæ frequentaverat pergulas magistras.] Non celebres doctores, sed è trivio magistros qui in pergulis docebant, more cæterorum artificum multorum.

SALMASIUS.

2 Romæ frequentaverat pergulas magistras.] Pergulas istas magistras non fuisse celebrium doctorum, sed magistrorum è trivio vir eruditissimus contendit. sed ego eum falli puto, contraque pertendo in istis pergulis publice docuisse Grammaticæ Rhetoricæque magistros, aliarumque artium, quæ liberales indigetantur,

professores, etiam qui de publico stipendium accipiebant. quas magistras pergulas vocat heic Vopiscus, publicas magistras, & publicas cellulas dicuntur in leg. iii. Cod. Theod. de studiis liberalibus urb. Constantinopol. his verbis: universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistras cellulisque collectos undecumque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari precipimus amoveri. quibus autem publice profitendi facultas data non erat, hi intra domesticos parietes, suis tantum discipulis privatim vacabant, nec in pergulis publicis docebant. vide dictam legem eod. tit. picturæ quoque professores in locis publicis pergulas suas habebant. Codice Theodos. de excusat. artif. leg. iv. de picturæ professoribus: ad negotiatorum quoque conlationem non devocari, si modo ea in mercibus habeant quæ sunt propria artis ipsorum: pergulas & officinas in locis publicis sine pensione obtineant. Lucillius:

Pergula pictoris, veri nihil, omnia falsa.

Mathematici quoque, quibus aliquando etiam profitendi publiceque proponendi Romæ copia concessa est, in pergulis studia sua exercebant, & respondebant. mathematici pergula meminit Suetonius in Augusto: in secessu Apolloniæ Theagenis Mathematici pergulam comite Agrippa adscenderat. adscendebantur pergula. hinc *ἡ ἀγορὰ*, pergulam interpretatur veteris auctor Glossarii. Grammatici pergula mentio apud eundem Suetonium in libro de illustribus Grammaticis, de Crassitio: hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adjuvat: deinde in pergula docuit, donec

Commens

11 pergulas magistrales. Et ne longius progrediar, dicendum est quod præcipue ad hunc pertinet. Errare quosdam scio, & putare hunc esse Saturninum qui Gallieni temporibus imperium occupavit: quum hic longe alius fuerit, & Probo pene nolente sit occisus. Fertur autem Probus & clementes ad eum literas sæpe misisse & veniam esse pollicitum: sed milites qui cum eo fuerant, non credidisse. Obsessum denique in castro quodam ab iis quos Probus miserat, invito Probo esse jugulatum. Longum est frivola quæque connectere, & odiosum dicere quali statura fuerit, quo corpore, quo decore, quid biberit, quid comederit; ab aliis ista dicantur quæ prope ad exemplum nihil profunt. Nos ad ea quæ sunt dicenda, redeamus.

P R O C U L U S.

12 P R O C U L O patria Albingauni fuere, positi in Alpibus maritimis: domi nobilis, sed majoribus latrocinantibus, atque adeo pecore ac servis & iis rebus quas abduxerat, satis dives. Fertur denique eo tempore quo sumpsit imperium duo millia servorum suorum armasse. Huic uxor virago, quæ illum in hanc præcipitavit dementiam, nomine Sampso, quod ei postea inditum est: ² nam antea ³ Viturgia nominata est.

*Commentario Smyrnæ edito adeo incla-
ruit, ut hæc de eo scriberentur. nec verum
est, quod vir alter doctissimus scrip-
sit, pauperes Grammaticos quibus
in ædibus habendæ scholæ potestas
non erat, in pergula docuisse. per-
gula erant cellæ publicæ, in quibus
omnium artium doctrinarumque
professores publice docebant. cellæ
quoque publicæ meretricum, per-
gula dicebantur. Plautus: Te ego ipsam
culleo cras faciam deportari in pergulam.
sed de pergula nos alibi diximus.*

CASAUBONUS.

² Longum est frivola quæque connectere,

*et odiosum d.] Ait tamen in sequenti
vita Vopiscus: minima quæque jucunda
sunt, atque habent aliquid gratiæ cum le-
guntur.*

GRUTERUS.

³ Viturgia.] Pal. *Vuniga.*

SALMASIUS.

² Nam antea Viturgia nominata est.]
Puto scriptum fuisse Viturgia pro Vi-
turgia. atque inde factum Viturgia. &
& n sæpe invicem mutari notum est.
ut valgulus, & galvulus idem. & simi-
lia sexcenta. legendum igitur hoc
loco Viturgia, aut etiam Viturgia.
nam

est. Filius Herennianus, quem & ipsum, quinquen-
 nium si impleffet, (ita enim loquebatur,) dicasset imperio. Homo, quod negari non potest, optimus,
 idemque fortissimus: ipse quoque atrociniis assuetus,
 qui tamen armatam semper egerit vitam. Nam & mul-
 tis legionibus tribunus præfuit, & fortia edidit facta:
 & quoniam minima quæque jucunda sunt, atque ha-
 bent aliquid gratiæ quum leguntur, tacendum non
 est, quod & ipse gloriatur in quadam sua epistola,
 quam ipsam melius est ponere quam de ea plurimum
 dicere. *Proculus Metiano affini s. D. Centum ex Sarma-
 tia virgines cepi. Ex his una nocte decem iniuri: omnes ta-
 men, quod in me erat, mulieres intra dies xv. reddidi.*
 Gloriatur (ut vides) rem ineptam, & satis libidino-
 sam: atque inter fortes se haberi credit si criminum
 densitate coalescat. Hic tamen quum etiam post ho-
 nores militares se improbe & libidinoſe, tamen forti-
 ter ageret, hortantibus Lugdunensibus, qui & ab
 Aureliano graviter contusi videbantur, & Probum
 vehementissime pertimescebant, in imperium vocita-
 tus est ludo pene & joco, ut Onesimus dicit: quod
 quidem apud nullum alium reperisse me scio. Nam
 quum in quodam convivio ad latrunculos luderetur,
 atque

nam *Victorius*, & *Vitturius* nomina
 propria, & *Vitruvius*. *Vittoria*, vel
Vitruvia dicebatur mater *Victorini*
 Tyranni. *Trebellius: interfecto Victo-
 rino, & eius filio mater eius Vittoria, si-
 ve Vitruvia*, ita enim libri scripti, ut
 ad locum observavimus. sciendum
 autem est, *Vittoria*, & *Vittoria*, *Vit-
 torius* & *Victorius* idem esse nomen.
Victorius enim pro *Victorius* dicebant,
 ut *bractea* pro *bractea*: *mattus* pro *ma-
 ttus*, & similia.

CASAUBONUS.

I In imperium vocitatus est ludo pene
 & joco. Ut & Regillianus alter tyran-
 nus, de quo Pollio.

SALMASIUS.

2 Ad latrunculos luderetur.} Vetus
 auctor dixisset: *latrunculis luderetur.*
 alea ludere, tesseris, latrunculis, di-
 cebant veteres: at recentiores, ad
 aleam, ad tabulam, ad latrunculos.
 sic ad iudices ludere. *Spartianus in Se-
 vero: nullum alium inter pueros ludum
 nisi ad iudices exercuit. sic ludere ad ta-
 bulam dixit Paulus Diaconus de gestis
 Langobardorum lib. 1. cap. xx. horum
 itaque viribus rex indubitanter fidens, dum
 ipse securus ad tabulam luderet. ad tabulam
 ludere, est quod Græci recentiores di-
 xere τὰς ἀλγεῖν uno verbo: de quo in
 sequenti animadversione plura.*

I Alique

atque ipse, decies imperator exisset, quidam non igno-

CASAUBONUS.

2. *Atque ipse decies imperator exisset.*] In calculorum ludo quem Græci recentiores ζαλεικιον dixerunt, unus fuit qui dicebatur Rex, ut scribit Theocriti scholiastes: sed in latrunculorum ludo, ipse qui ludebat, si faveret alea, Rex exhibat. in epigrammate Agathia scholastici quo Zenonis imperatoris tabula describitur, Regis quoque mentio fit, sive imperatoris. Sed illius ludi modum, nemo veterum describit.

SALMASIUS.

2. *Decies exisset imperator.*] Scribit ad hunc locum vir doctissimus, in ludo calculorum, quem Græci recentiores ζαλεικιον dixerunt, unum fuisse, qui rex appellabatur: sed in latrunculorum ludo, ipsum qui ludebat, si faveret alea, regem exivisse. quot in hac observatione verba, toridem pane errores. primum, calculorum ludum à latrunculorum ludo perperam facit diversum. deinde male etiam à latrunculis separat ludum illum quem ζαλεικιον dixerunt recentiores Græci. tertius error, primo secundoque longe major, quo latrunculis aleam adsignat, quem plane ludum constat nihil alex debuisse, sed arti omnia & ingenio ludentium. sed singula ordine dispiciamus. calculorum, & latrunculorum ludus idem omnino fuit. nam & latrunculi calculi dicebantur. Ovidius:

Sæpe latrocinii sub imagine calculus ibit.
idem lib. III. de arte amandi:

*Cautaque non stulte latronum prælia
ludat,*

*Unus cum gemino calculus hoste
perit.*

auctor Panegyrici ad Pisonem:

*Callidior modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite
bella.*

Martialis:

Calculus heic gemino discolor hoste perit. plura adhuc possem congerere. sed quid opus pluribus, ad id confirmandum de quo dubitare potest nemo? scachios hodie vocant Itali, & Galli, voce à calculis detorta. calculum vel caulum dicebant, & præposita figma, scalcum. sic enim phalangium pro phalangium recentioribus Latinis: atque ita apud Vegetium scribitur. sic sfaculam pro sacula. hinc Græcis medicis, σφέκλα. sic squadrones pro quadrones, & squadræ pro quadræ. ita etiam stupham pro turpam. τυφή est accensio δπό τή τυφή: ut ἰσφείλη debitum, δπό τή ἰσφείλη. addito s Latini fecerunt stufam, & stubam. quæ vox hypocauftum significat. apud Palladium caput est, de balneis, σ stufis. ita σκυφίαν pro κρυφίαν dicebant. sic igitur, & scalcum pro calcum. at solent Itali Lambdam in Jotam eliquare. hinc scalcus vel scalcum pro scalcus, vel scalcus. hanc vocem Langobardi ab Italis Germanisque sumpserunt. scachum pro furto vel latrocinio memini legere, in veteribus Langobardorum legibus. sed nunc liber ad manum non est. calculi igitur, & latrones iidem. Græci recentiores ζαλεικιον, hunc latronum ludum vocarunt. id probandum est contra viii doctissimi sententiam. in ludo latronum calculus unus erat, qui dicebatur rex. ludus quoque ille quem ζαλεικιον vocabant, regem suum habebat. vetus Scholiastes Theocriti: ἢ δὲ λέξις μετὰ φορικῶς δπό τή παιζόντων τὸ κρινολέκτις λεγόμενον ζαλεικιον. σκείνοι γὰρ ὅταν πολλά πωισαίτες ἢ δυνάει ἐτέρως νικῆσαι τὸ μίον παίξουσιν, κινῶσι κή τὸ δπό ἰσφείας γραμμῆς λίθον τὴν βασιλίαν καλέμενον. sic in ludo latronum sciunt, qui in illo ludo docti sunt, non alias eum calculum qui rex nuncupatur, moveri solere, quam ubi maxima urget necessitas, & aliud auxilium

auxilii non suppetit lusori ad se defendendum. Achmes de zatricio ita scribit: ὁ βασιλεύς ἢ μέγιστος, ἢ ἄρχων πολέμου, ἐάν ἴδῃ ὅτι τὸ ζαλευκίον αὐτῷ ἀπώλεσε ἢ ἐκλάσθη ἢ ἐκλάπη, ἀπολείψῃ τὸ εἶδος αὐτῷ. si rex, inquit, aut dux aliquis somnia verit, zatricium sibi furto periisse, aut fractum esse, exercitum amittet, & magnam in bello cladem patietur. quare istud? quia totum zatricii aut latronum ludi negotium, bellum erat, vel belli simulacrum. hinc calculi ipsi quibus ludebatur, & latrones, & milites dicebantur. Poëta vetus:

— Et vitreo peraguntur milite bella.
Martialis in Epigrammate cujus lemma, Calculi:

Infidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles, & hostis erit.

auctor Panegyrici ad Pisonem de hoc eodem ludo:

Intera sectis quamvis acerrima surgant
Prælia militibus, plena tamen ipse phalange,

Aut etiam paucos spoliata milite vincis.
omnia in illo ludo ad imaginem belli erant composita. hinc militum, aciei, phalangis, prælii, hostium, captivorum, tropæorum passim mentio apud veteres dum illum ludum describunt. Achmes de zatricio: ἐάν ἴδῃ τις ὅτι παίζων συζαλευκίζει ἐπί τῷ γινώσκῳ, κέρειν κέρδης τῶν παιχῶν ἀλλήλων. & paulo post: ὁ βασιλεύς ἢ μέγιστος ἢ ἄρχων πολέμου ἐάν ἴδῃ ὅτι ζαλευκίζει τὸ πον πολέμου μετ' ἐχθρῶν ἐναντιῶν ἀφαιρηχάμενος. idem eodem cap. ἐάν ἴδῃ ὅτι παίζων πλεονίας ἔλαβε τὸ παιγνίον ἀπὸ τῶν πλεονίας δεσμιῶν τῶν πολεμίων δεσμιῶν. παιγνίον ἀπὸ τῶν πλεονίας vocat calculos sive latrones. unus discolor à duobus capiebatur concoloribus. vincebat in hoc ludo, qui omnes ex adverso ludentis milites capere poterat, & regem ipsum, hoc est principem calculum, quia

nunquam capiebatur, ad incitas redigere. auctor Panegyrici supra citati:

— plena tamen ipse phalange,
Aut etiam paucos spoliata milite vincis,
Et tibi captiva resonat manus utraque turba.

capiebant igitur in ludo latrunculorum, duo concolores unum discolorum. idem fiebat in ludo zatricii, ut liquet ex verbis Achmetis quæ adduximus. sic zatricium & latrunculi, idem ludus. Ovidius:

Unus quum gemino calculus hoste perit.
Martialis:

Calculus heic gemino discolor hoste perit.
Pollux: διηρημένων δὲ εἰς δύο τῶν ψήφων κτ' τὰς χροίας, ἢ τὴν τῶν παιδιῶν ἐστὶ ἀπὸ τῆς ψῆφου τῶν δύο ψήφων ὁμοχροίας, τὸ ἐπεσφῆσθαι ἀναρῆν. eundem ludum intellexit. sed παιγνίον ἀπὸ τῶν πλεονίας, hoc est calculi, qui Latinis milites, & latrones, Græcis κύνες dicebantur, ἀπὸ τῶν ἀναρῆν, ut Grammatici Græci notant: αἱ δὲ ἀντιπερὶ βελόσκου ἀλλήλων ψήφοι, κύνες ἀπὸ τῶν δὴθεν ἀναρῆν. infidiosi latrones Martiali dicuntur. in hoc autem ludo ligari etiam calculos, & moris erat olim; & mos etiam nunc est. auctor Panegyrici:

Ut niveus nigras, nunc & niger alliget albos.

& paulo post:

Ancipites subit ille moras, similisque ligato
Obligat ipse duos.

sed aliter ligabantur, aliter capiebantur calculi. unus poterat duos adversæ partis ac discolors ligare. sed unus capi discolor non poterat, nisi à duobus contrariis. utrumque quomodo fieret, satis norant, qui ludi scientes sunt. puto ex his quæ diximus jam satis inter omnes constare, ζαλευκίον eundem esse ludum cum latrunculis. nunc restat querendum, quare Græci recentiores hunc ludum ita appellaverunt. Tabula in qua latrunculis ludebatur apud veteres, tota lineis erat distincta, & unicuique



calculo suus locus ac sua sedes attributa. nec aliter hodie est apud nos. tabula enim lusoria ligneis quadraturis discoloribus alternatim positis distincta est. & in illis quadraturis locari solent calculi. sedes illas calculatorum Græci olim πόλις, postea χώραις nuncuparunt. γραμμιαίς etiam vocarunt, & γραμμικαίς χώραις, quod lineis invicem disclusa essent, & interseptæ calculatorum illæ sedes sive regiones. Hesychius: πόλις παίξειν, παρρημιῶδες. κῆ δοκεῖ μετρώειν) δὲ τὰ ταῖς ψήφοις παιζόντων, ἐν ταῖς λεζαῖραις τῶν χώραις, τότε δὲ πόλεσι. idem: Διὰ γραμμισμῶς, παιδιὰ τις ψήφων λευκῶν κῆ μελανῶν ἐν χώραις ἐλεγκῶν. ταῖς δὲ αὐταῖς κῆ γραμμῶς ἐκαλεῖν. Eustathius in Homerum: εἶδος πικυεῖας κῆ πόλις: ἐν ἣ ψήφων πολλῶν ἐν Διὰ γραμμῶν πρὸς χώραις κειμένων ἐγένετο ἀνισομετρίας κῆ ἐκαλεῖν το αἰ γραμμικῆ χώραις, πόλις ἀσείοτερον. notabistamen Διὰ γραμμισμῶν diversum fuisse ludum, ab eo qui πόλις dicebatur, etsi non multum dissimilis esset. Pollux postquam τὴ πόλεως ludum recensuit, ἐχρὸς δὲ, inquit, ταύτη τῆ παιδιᾷ κῆ ὁ γραμμισμῶς κῆ τὸ Διὰ γραμμίζειν. ἢ πᾶσι παιδιᾷν κῆ γραμμῶν ἀνόμαζον. Διὰ γραμμισμῶς sexaginta calculis albis nigrisque constabat, qui de loco in locum trahebantur. Hesychius: Διὰ γραμμισμῶς παιδιᾷ πρὸς ψήφων ἐξήκοντα λευκῶν κῆ μελανῶν ἐν χώραις ἐλεγκῶν. hic ludus nihil aut parum distabat à nostro, quem vocamus, *dominarum joco*: qui triginta tamen tantum calculis luditur, quindecim albis, & quindecim rubeis. πόλις vero veterum Græcorum idem omnino fuit cum zatriccio recentiorum, & cum latrunculis Romanorum. Cratinus in eo ludo describendo βασιλέως etiam meminit apud Pollucem, cuius verba ita legimus ex veteri libro: ἄθεν κῆ Κρολίνα πίπαικ) Πανδορίδα,

πόλεως βασιλέως τὴ ἐλεγκῶν οἶοθ' ἢ λέζαῖραις κῆ κῆ πόλις κῆ παίξειν. ἐρικῆλαξ verbum finxit, ut ἐρικῆλαξ. nisi ita sit reponendum. in utroque igitur ludo calculatorum sedes χώραις dicebantur. in ludo quoque tesserarum, quam πεττεῖαι Græci dicunt, lineæ in quibus disponebantur calculi, χώραις vocabantur. hinc μονόχωρ) tam in tesseris quam in latrunculis lusor ille dicebatur, qui omnibus suis calculis (spoliatus & victus) abibat, ut pote qui ad unum redactus esset calculus. veteres Glossæ: μονόχωρ) adunatus in tabula. tabulam vocabant tesserarum ludum. notabis autem tibi, elegantem notionem verbi adunatus, pro eo qui ad unum redactus est calculus. adunatus, ὁ μονοθεῖς, cum uno calculo solo relictus: cui calculus unus in suo loco sedequē relictus est, ceteris à collatore captis. hinc Aristæneto in epistolis nomen infelicitis aleatoris, ac tablistæ, μονόχωρ) lib. i. epist. 23. argumentum epistolæ, ἐρωτικῶς κῆ ἐδούτης ἀεὶ ἀμφοτέρω δυσχερῶς, sequuntur personæ, ejus qui scribit, & ejus ad quem scribitur: Μονόχωρ) Φιλοκῆτω. infelici tablistæ nomen fecit μονόχωρ), qui tota illa epistola de suo infelici fato conqueritur, tam in amoris quam in tesserarum ludo. perperam hodie apud Aristænetum editum est, μονόχωρ) χώραις illas in tabula lusoria, etiam τῶν πρὸς, vocare consueverant. Etymologicum magnum: ὡς τὸς πῆπες ἐς ἐχθ) Παλαμῆδειον ἀδάκιον. χειροκώμα) etiam appellabant, ut infra dicitur pluribus. at Latini *mandras*, *septa*, *vallas*, & *carpos*, & *carceres* vocabant, loca illa sive sedes in tabula, in quibus veluti clusi tenebantur latrunculi. Martialis:

Mandras vitrea latrone clausos.
auctor Panegyrici jam toties citati:

— hic ad majora movetur,

Ut citus & fracta prorumpat in agmina
mandra.

nam calculus qui in calculi discoloris
sedem

sedem faciebat imperum, ut eum
ciperet, & sede sua pelleret, man-
drum ejus sive vallum frangere intel-
ligebatur. *mandra*, idem quod sep-
tum vel vallum. vallum etiam dixit
idem auctor, quam jam dixerat man-
drum.

— *fracta prorumpat in agmina
mandra,*

Clausaque dejecto populetur mania vallo.
vides *mandram*, *vallum*, *clausa mania*.
Græcos *πόλις* & *χαρακώματα*, rem
eamdem vocare vidimus. *mandra* au-
tem idem quod *χαρακώματα*. Hesy-
chius: *μάδρα*, *έρκη*, *φράσιμι*. at
mandra vir magnus apud Martialem
& Panegyrici auctorem pro quadri-
gis eburneis accipiebat, quibus ali-
quando lustrasse veteres ex Suetonio
scimus. *mandra* igitur in tabula lu-
soria, sunt loca lineis distincta, in
quibus sibi erant calculi sive latrun-
culi. *capfos* etiam vocatos notamus pau-
lo post. *capsum* enim vel *capfus* idem
plane quod *mandra*. *mandram* pro
stabulo etiam Græci solent ponere.
sic & Latini *capsum* & *septum*. hinc
capsum animalium apud Vellejum. su-
perior recentiores Latini nuncuparunt,
stabulum. *sudis* autem, & *vallus* &
capfus res eadem. hoc nomen etiam
hodie retinemus. calculorum autem
regiones in tabula quas Græcis vete-
ribus *πόλις* dictas observavimus, &
χώρας, & *μάδρας*, & *χαρακώματα*,
Latinis etiam *mandras*, & *capfos*, &
carceres, Græci recentiores *ζαλεικία*
nominarunt. *ζαλεικίον* & *ζατειον*
vel *ζαρειον* idem. quod & *ζητειον*
dicebant. sic autem dicebatur pistri-
num vel carcer in quem servi ne-
quam conjiciebantur. Hesychius:
ζητειον, τὸ τῶν δόλων κηλασηειον.
Moscopolus interpretatur *κῆσπον*.
Ζητειον κηλασις ὁ κῆσπον, ἐστὶ δὲ
εἶδος κηλασηειος, ὃ οἱ δόλοι ἐδεσ-
μῶν. de *cuspro* & *cuspratoribus* nos alibi.
ζητειον etiam & *ζατειον* scribebatur.
inde verbum *ζαπειδω* in Etymolo-
gico magno, quod ibi exponitur, ἐν
μύλωνι βασιτιζω. *ζαλεικίον* recen-

tiores Græci dixerunt, atque ita vo-
carunt *mandram* vel *septum* sive car-
cerem latrunculi, hoc est locum vel
sedem in qua veluti clausus teneba-
tur latrunculus. hinc totum latrun-
culorum ludum vel tabulam potius
in qua latrunculis iudebatur, *ζαλει-
κίον* nominarunt. sic veteribus Græ-
cis *πόλις* dicebantur singulorum cal-
culorum sedes, quas & *χώρας* voca-
bant. nihilo tamen secius & ipsum
calculorum ludum *πόλιον* appellarunt,
& tabulam ipsam lusoriam quæ plu-
res *πόλις* habebat. Pollux: ἡ δὲ *λίξ*
πολιῶν ψήφων παιδιὰ πλινθίων ἐστὶ
χώρας ἐν γραμμαῖς ἔχον λίξα κειμήριος
κὶ τὸ μὲν πλινθίων κηλασηειον πόλις, τῶν
δὲ ψήφων ἐκείνη κύων. ita plane apud
recentiores *ζαλεικίον* tabula ipsa lu-
soria dicebatur, in qua tamen com-
pluria fuere *ζαλεικία*, hoc est latro-
num sive calculorum sedes & casta.
ζαλεικίον plane Achmes pro alveo
lusorio cum ipsis calculis accepit, his
verbis: *εάν τις ἴδῃ ὅτι ζατεικίον αὐτοῦ*
ἐκλάπη ἢ ἐκλάση. in eo ludo impe-
rator exire dicebatur, qui superior
discedebat, regemque adversæ partis
omnibus suis militibus spoliabat, ip-
sumque ad incitas redigebat. in quo
nihil fortunæ licebat, sed arti & in-
dustriæ soli, ludendique peritiam lo-
cus erat. nihil enim alea quod ageret
habebat, in latruncolorum lusu, ut
perperam existimavit ad hunc locum
Casaubonus. de ordinariis autem
calculis, & vagis & incitis quæ scri-
bit Isidorus, ea omnia ad latrun-
culos sunt referenda, quæ viri doctis-
simi male referunt ad duodecim scri-
ptorum ludum. etiam hodieque in
ludo latronum vel scacorum, alii
calculi sunt, qui ordine moventur,
alii qui vage & oblique. inciti autem
dicuntur qui eo sunt redacti, ut cie-
ri moverique nequeant. inde prover-
bium, *ad incitas*, vel *ad incita redige-
re*, pro ad extremas metas compelle-
re, & in summam desperationem
aliquem adducere. Porro quem ve-
teres *calculus incitum*, hoc est ad in-

citas adactum vocabant, eum nos in hoc eodem ludo *scaccum mattum* dicimus, id est contritum & subactum, eoque loci adactum, ut moveri non possit. *mattus* antiqua vox & Latina, quæ emollitum, subactum, & maceratum significat. inde verbum *mattare* pro domitare, subigere, & macerare. Isidorus in Glossis: *mattum est, humectum est, emollitum, infectum.* hinc *via matta* Ciceroni, *via lutosa*, & *humecta*. lib. epistol. ad Atticum xvi. epist. xii. itaque eo die mansi Aquini. longulum sane iter, & *via matta*. ita enim eo loco libri veteres omnes constanter legunt. vulgo excuditur: & *via inepta*. quod ineptum est. inde per metaphoram homo tristis, & contusi contritique cordis, *mattus* dicebatur. veteres Glossæ quarum excerpta in suis adversariis protulit Turnebus: *mattus, tristis*. hanc nos primi vocem cum aliis quam plurimis calo Latino redonavimus, & optimo linguæ Latinæ auctori reddidimus. originationis tamen Græcæ est. nam venit à verbo *ματίω*, quod est pinso, & subigo, & emollio. à quo *μακτός*, subactus & emollitus. atque inde Latinum *mattus*. sic enim *bracteam* scribebant *πετρία*, cum à Græco sit *βρακεία*. sic *Vitorius* pro *Victorius*, & similia sexcenta, de quibus nos alibi adfatim. Atque hæc sunt quæ obiter heic notanda duximus de ludo calculorum sive latruncolorum, ut errorem doctissimorum hominum castigarem, qui calculos à latrunculis diversos faciunt. sed scire percipiam, qui calculos à latrunculis separant, eequem lusum calculorum nomine intelligi putarint. dicent opinor, quos Græci *πετρίδες* vocant, Latine esse calculos. sane veterum ille lusum, quem *πετρίαν* Græci dicunt, nunquam sine calculis ludebatur, sed nec sine tesseris. nego vero atque pernego, quos Græci *πεσῶδες* vocarunt, Latinis simpliciter & absolute calculos appellatos: aut *calculis ludere* Latinos dixisse ut τὸ *πετρίδων* Græcorum significa-

rent. sic igitur res se habet. latruncolorum lusum, cum apud Græcos, tum apud Romanos, solis calculis peragebatur, nullis tesseris. quare aleam non habebat ille ludus, sed solam artem. atque hinc factum putato, ut calculorum nomine simpliciter & absolute latrunculos semper intellexerint Romani. soli enim calculi totam lusionem absoluebant, absque ullo tesserae tactu. quotiescunque igitur calculos simpliciter dictos, aut calculorum lusum in auctoribus invenies, semper de latrunculis ac latruncolorum lusu intelligere debes. *πετρία* vero Græcorum tesseris calculisque constabat, atque pariter & fortuna in ea locus. *aleam* vocarunt eum lusum Romani, *tesserat*, *tabulam*, *duodecim scripta*, calculos vero nunquam. adhibebantur enim tessera ad illum lusum, nec in solis calculis res erat posita, ut in ludo latruncolorum. hinc Græci *πετρίδες* modo pro calculis, modo pro tesseris accipiunt, ludumque ipsum modo *πετρίαν*, modo *κυβείαν* vocant. Eustathius: *ἰστέον δὲ ὡς ποτὲ μὲν ἐκ μίρας κυβέου ἢ ὅλην ἀλάθεως παιδιάν, ποτὲ δὲ πεσῶδες*. Helychius: *πετρία, ἢ ἀλὰ κυβέων παιδιάν*. hoc est, *tesseratum lusum*. idem: *πετρίδων, κυβέων, πετρίδων, κυβέων, τὰ βλάται, πετρίδων, κυβέων*. *alea ludis*. *πετρίδι βόλια ἐν οἷς πεβλήζουσι*. sic *πετρίδι* etiam accipiuntur pro tesseris apud elegantem Aristanetum lib. i. epist. xxiii. *ἐμὲ γὰρ καὶ ἀναλλασσιν ἀπλῶς ἐπιείρα καὶ πεσῶδες πηλοῦτες ἀτυχῶς μὲν ἐμῶν, δὲ βολώπερον δὲ τοῖς ἐνανθῶν*. ita enim legendum. vulgo, *δὲ βολώπερον* at *πεσῶδες* etiam pro calculis ponebant. Pollux: *ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν οἱ πεσῶδες, πέντε δὲ ἐκαστῶν εἶχε τὰ παιζόντων, ἐκόντος εἶρη* Σοφοκλεί,

Καὶ πεσῶδες πεντήρα μὲν καὶ κυβέων βολαί.

sic *πεσῶδες* & tesserae & calculi dicebantur. nam *πετρία* calculis tesserisque ludebatur. Artemidorus lib. iii. cap.

cap. γ. κυβέειν δακτεῖν φιλονεικῆσαι
 αἰεὶς πνα σημαίνει ἀπὸ δρομεία· οὐ
 γὰρ οἱ κύβοι ἀριθμῶν ἀπείχονται. καὶ
 ψήφοι λέγονται οἷς οἱ κυβόδουλος παί-
 ζουσι. κύβοι, ut notum est, sunt tes-
 seræ: ψήφοι, calculi. hinc πετρίαιαν
 Græci κυβέειαν etiam vocant: &
 πετρίαιαν, κυβόειαν interpretantur.
 & à tessera potius quam à calculis
 hunc lusum denominarunt. nam
 ψήφον παιδιᾶν non de hoc lusu, sed
 de latrunculis dixerunt, ut & Lati-
 ni, qui calculos pro latrunculis pro-
 prie usurparunt. iidem Latini, quæ
 Græcis πετρίαια, & κυβέια, aleam
 nuncuparunt. & quamquam plures
 alex species, & artes essent, hanc
 proprie tamen & κατ' ἐξοχὴν aleam
 appellarunt, quæ cum tessera & cal-
 culis in tabula vel alveo lusorio ludi-
 tur. quæcumque autem in veterum
 libris de damnosa, & vetita legibus
 alea dicta occurrunt, de hoc alex
 genere semper accipienda sunt. ha-
 bemus vetustum centonem ex Vir-
 gilianis contextum versibus, & de
 alea inscriptum, qui totam hanc in
 tabula calculis tesseraisque ludendi ra-
 tionem luculentissime, & elegan-
 tissime exponit. carmen ipsum ita
 incipit:

DE ALEA.

Artis opus rara, tuasi mihicerta vo-
 luntas,
 Expediam dictis, donum exitiale Mi-
 nervæ.
 Tu vatem tu diva mone. nunc ipsa vo-
 cat res,

Et furis agitatus amor, &c.
 Isidorus lib. xvii. orig. Alea, id est
 lusus tabule, inventa à Græcis in otio Tri-
 jani belli à quodam milite nomine Alea,
 à quo & ars nomen accepit. sed de Alea
 milite nugæ sollennes Isidori. tabu-
 lam etiam simpliciter dixerunt hunc
 lusum à tabula in qua ludebatur. Sui-
 das: τὰ δαλα, ὀνομα παιδιᾶς. ve-
 tus epigramma Græcum:

Τὰ δαλα φέρει παῖδες, ἔπει καὶ
 κίβρα βασιλέων

Κείνης τὰς ἀλόγους ἔχ' ὑπὸ
 λυξείας τύχης.

titulus autem sive lemma epigram-
 matis ita concipi debet: εἰς τὰ δαλα
 Ζευῶν βασιλείας. epigramma ip-
 sum alibi explicamus. hinc passim
 apud Latinos, ad tabulam ludere, &
 tabula lusus, & tabula, de hoc lusu
 qui in tabula calculis tesseraisque pera-
 gitur. casum tabula dixit Saryricus:

— nec enim loculis comitantibus itur
 Ad casum tabulæ, posita sed ludunt
 arca.

sic τὰ δαλας τύχης dixit Agathias. inde
 verbum τὰ δαλαζειν pro tabula ludere a-
 pud recentiores Græcos. & τὰ δαλα-
 ζῆς, tabulæ lusor. quem tablistam
 etiam infimæ latinitatis auctores di-
 xere. vetus Epigramma:

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma
 tablistis.

lemma vetusti Epigrammatis aucto-
 re Luxurio: De tablista furioso quasi tes-
 seris imperante. in eodem Epigram-
 mate tabulam unam vincere posuit, pro
 semel vincere in lusu tabulæ:

Hic si forte unam tabulam non arte, sed
 errans

Vicerit, aut aliam nil bene dante
 manu:

Mox inflat venas, & pallida guttura
 tendit,

Plusque furit vincens quam superatus
 erat.

ludere tabulis dixit in numero plurali
 Abdias Babylonicus: dum ludere ta-
 bulis & spectaculis non erubescunt. sic
 τὰ δαλας παίζειν apud Eusebium l. v.
 ἀσφῆτης τὰ δαλας καὶ φιλοκοσμοῦ.
 ἀσφῆτης τὰ δαλας καὶ κύβοις παίζει.
 hoc est, tabulis, & tessera ludit. ta-
 bulis autem ludere cum Latini di-
 cunt, aut Græci τὰ δαλας vel τα-
 δαλας παίζειν, per tabulas non in-
 telligunt alveos lusorios, sed vel tes-
 seras ipsas vel calculos quibus in ta-
 bula luditur. Græci enim recentio-
 res τὰ δαλας etiam & τὰ δαλα pro tes-
 seris usurparunt. Grammaticorum
 Glossæ, κύβου τὸ τὰ δαλα. hinc τα-
 δαλα pro clavis aureis purpureisque
 quibus

quibus vestes intexi prætexive solebant. Chronicon Alexandrinum: Φορέσας τῶν βασιλέων καὶ χιτῶνιδι ἀσπασθὲν ὀλοσηθῆν, ἔχον ἀντὶ πορφύρῃ χρυσοῦν βασιλικὸν ταῦλιν. id est βασιλικὸν ταῦλιν. *regium clavum.* idem Chronicon de Numa: ἔτ' Νεμεσῆς ὁ καὶ Πομπιλίῳ δεξιάδην πρεσβυτάς ἐκ τῆς χώρας τῆς λεγούσης Πελασγῶν Φορέντων χλαμύδας ἐχέσας ταῦλιν χρυσοῦν, καὶ τῶν οἰδῶν τῆς Ἰωνίας χώρας, καὶ περθεῖς τῆς ἀγῆρας, ἐπενόησεν ἑστῆν ἐν Ρώμῃ χλαμύδας φορέσας, τὰς μὲν βασιλικὰς πορφύρας, ἐχέσας ταῦλιν χρυσοῦν, τὰς δὲ τῆς συκλητικῶν καὶ τῆς ἀγῆρας ἐν ἀξίαις καὶ ἐρασίαις χλαμύδας, ταῦλιν πορφύρας, ἀξίαν δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας. ubi ταῦλιν χρυσοῦν, & ταῦλιν πορφύρας, sunt clavi aurei, & clavi purpurei. καὶ οἱ ἄλλοι ἐπισημασθέντες ἔτι τῆς ἰσοπέρας σημείον. *tesseras* Plinius lib. xxxvi. cap. ix. Anastasius *tabulas.* in Hormisda: *Pallia holoserica blatea cum tabulis auro tectis de ch'amyde vel stola imperiali.* sed de his alibi. *tabulas* porro hodieque vocamus, non alveolos in quibus luditur, sed calculos lusorios albos nigrosque, in quibus luditur. & *tablarium* tabulam ipsam, vel alveum lusorium. Augustus apud Suetonium *forum aleatorium* vocat. nam *forum* & *tabula* idem. unde *fori navium* sunt *tabulata*, & *fori torculariorum.* qui *forum* ibi *aleatorium*, τὸν ἀγορῶν κυβούτικόν interpretantur, misere falluntur. Græci ἀγορῶν dicunt. unde Παλαμῆδες ἀγορῶν. Ceterum in *tabula* illa lusoria, ut olim apud veteres, sic hodie apud nos, duplex præcipue ludus ludebatur: *calculorum*, quos & *latrunculos* dicebant: & *tesserarum*, quem & *tabula lusum* appellabant, & *tabulam*, & *aleam*, & *duodecim scriptorum ludum.* *Martialis:*

Tabula lusoria.

Hic mihi bisseño numeratur tessera puncto:

Discolor heic gemino calculus hoste perit.

heic, id est in *tabula* duodecim punctis notata luditur ad *tesseram*: & in eadem etiam *tabula* calculis, hoc est *latrunculis* luditur. hic est sensus illius distichi. eadem igitur *tabula* & *tesseris* & *latrunculis* serviebat. sed alterum *tabula* latus in quo *tesseris* ludebatur, lineis vel punctis duodecim descriptum distinctumque erat, in quibus *calculi* varie disponebantur, prout *tessera* cecidissent. lineas illas sive puncta, *scripta* etiam Latini vocabant, Græci γραμμάς vel γραμμάς. sic *scripta* & *scriptula* iidem Latini dixerunt in ponderibus, quæ Græci γραμμάς. γραμμα, sive *scriptulum* tertiam *drachmæ* partem constituebat, hoc est duos *obolos*. dictum autem Græcis γραμμα, & Latinis *scriptulum*, quod duobus lineis scriberetur notareturque ad hunc modum \sqcap : qua de re nos alibi. ita etiam *scripta* & *scriptula* dicebantur in *tabula* lineæ sive puncta in quibus *calculi* collocabantur. *Ovidius:*

Est etiam genus in totidem ratione redutum

Scriptula, quot menses annuus orbis habet.

hinc *tabula* lusoria, & *duodecim scriptorum* plane idem. nam *tabula* pars quæ *tesseris* serviebat, duodecim *scriptis* erat notata, in quibus ponebantur *calculi*. per illas enim lineas sive *scripta* movebantur, variosque positus ac situs accipiebant ex vario *tesserarum* jactu. *vetus Epigramma, de tabula:*

*Discolor ancipit sub jactu calculus adflat
Decertant que simul candidus, atque rubens:*

Et quamvis parili scriptorum tramite currant,

Is capiet palmam, quem bona fata juvant.

Scriptorum tramitem vocat *scripta* illa si-

ve lineas, per quas calculi currebant. ὁδὸν appellat Agathia Græcum Epigramma de hoc eodem lusu:

Δηπὸτε ἢ Ζώωνα πολιοῦχρον βασιλῆα

Γαίγνιον ἀφράτων ἐκτελέοντα κύβων,

Τοίη προικιλότουκίον ἄλεν ἦεσις, δὴ δ' ἀπὸ λούκῃ

Τῆς κ' ὀπιθιδίλω εἰς ὁδὸν ἐρχομένη.

vias etiam appellat Isidorus cap. de figuris alca. lib. xvi. t. sed ἡ ἴψας vias separatis locis distinctas, propter etates hominum argumentantur. τύπας & χώρας Græci dicebant. Epigramma Græcum:

Ἄλλα μέλας διασάς μ' ἐν ὀγδοάτῳ λίπε χάρῳ,

Καὶ τύσας ἐτίρας εἰς ἦεσιν ἐνδεδιχέντων.

hinc μὲν ὄχρωσθαι dicebatur infelix tabulae lusor, qui ad unum scilicet calculum redactus erat, quique omnes calculos suos amiserat. Glossa: μὲν ὄχρωσθαι, ἐν τῷ βλάτῃ, ἀδυναίως. quod supra jam explicavimus. in hoc enim lusu vincebatur qui cum paucioribus calculis erat relictus, immo qui omnes ad unum amittebat. Artemidorus lib. i. cap. i. εἰ δὲ πρὸς νοσῶν παιζῶν ὑπολαβῶσι ψήφοις, ἢ ἄλλων παιζῶν ἰδίῃ, κακόν. μέγιστον δ' εἰ αὐτὸς λείπειτο, ἐπειδὴ μειονας ἔχων ψήφους καὶ (ἀλείπει) ὁ νικῶν μὲν. αὐτοὶ δὲ οἱ κύβοι ὀρώμενοι σάσεις ἐχθροῦς ἀσφαλεστέρας. quemadmodum autem paulo ante notabamus in lusu latrunculorum, loculos lineis distinctos, in quibus calculi statuebantur, dictos esse carceres, & mandras, & septa; sic etiam in tesserarum lusu lineæ & scripta per quæ currebant calculi, dicebantur *carpi*, & *septa*. Græce *χαρὰ καμάτα*. Joannes Antiochenus περὶ ἱστορίας: ὁ Παλαμῆδης ἀφ' ἧς τῆς πύλας τῆς γῆνον κῆσμοι ἠνίστατο. τῆς ζωδιακῆς κύκλου ἀφ' ἧς δὴ δέκεται κῆσμοι. ἀφ' ἧς ψηφοβόλος κ' ἔστι ἐν αὐτῷ ἐπὶ κηκκίαν, καὶ ἐπὶ ἄσπρα τῆς πλάκων. ἀφ' ἧς δὲ τῆς πύργου τὸ ὑψὸς

ἐρανεῖ, ἐξ ἧς δὲ δὶ δὲ) πᾶσι καὶ τε κ' φαῦλα. eadem verba apud Suidam habentur, sed ita legenda sunt: τῷ βλάτῃ ὄνομα παιδιῶν, ταῦτ' ἐν Φεῦρε Παλαμῆδης εἰς ἀφ' ἧς γῆνον κῆσμοι. ἀφ' ἧς ἐρατῆ, αὐτὸ φιλοσοφία πολλῆ. τῷ βλάτῃ ἔστι ὁ γῆνον κῆσμοι. δὴ δέκεται δὲ κῆσμοι, ὁ ζωδιακῆς κύκλος. τὸ δὲ ψηφοβόλον κ' τὰ ἐν αὐτῷ ἐπὶ κηκκία, καὶ ἐπὶ ἄσπρα τῆς πλάκων. ὁ δὲ πύργος, τὸ ὑψὸς τῆς ἐρανεῖ, ἐξ ἧς ἀνὰ πύργον) πᾶσι φαῦλα κ' καλὰ. vulgo legitur, *πολλὰ κ' κακὰ*, & vox κῆσμοι deest. minime dubitandum est quin δὴ δέκεται κῆσμοι, quos illi vocant in tabula, sint duodecim scripta. sed quare κῆσμοι? aut quid sunt κῆσμοι? κῆσμοι sunt καψοί. nam ψ & σ sepe apud Græcos invicem mutari consueverunt. hinc σίπτακον & ψήπτακον idem. σάιδας, & ψάιδας: quod est genus unguenti. sic καῖσμοι pro καψοί. Hesychius: καψοί, οἱ τοῖχοι. καψοί sunt *carpi*. Latina plane vox est *carpi*, quæ parietem craticium, aut vallum aut septum significat. hinc *carpi* in plauftro, quem Græci *πέριτρον* vocant: & *carpi* animalium, pro septo vel stabulo apud Vellejum. recentior ætas Latinorum *sudem* dixit. sed verius est *carpi* pro *carpi* ex more loquendi, quem infima Latinitas habuit, manavisse. sic *casseta* pro *capsula*, hoc est parva capsula vulgo dicimus. & *carpi* alicujus sancti, pro *carpi*. inde igitur καῖσμοι Græcis pro καψοί, loculamenta calculorum in tabula: quæ & puncta, & scripta dicebantur, & lineæ, & *γραμμικὴ χώρα* Græcis, & *γραμμά. κάσας, χαρακώματα* exponit Isacius Porphyrogenneta in Paralipomenis Homeri. verba ejus ita legenda ac distinguenda sunt: ὁ δὲ *carpi* de Palamede loquitur, τὸ πᾶσι λέγειν, ἢ τοὶ κυβόθεν ἐξ ὀρηκῆς ἐν τῷ ἐπὶ κηκκίαν, τὴν κινῆσιν ἐν ἐρανεῖ ἐπὶ πλάκων τῆς κ' μισθῶν κ' τὴν τυχῶν ὡς φασὶν ἐπαρῆνται χαρῆς τοῖς ἀνθρώποις κ' λύπας ὠρίσασθαι τὴν πύργου

πέλαν ἦτοι ἢ πίνακα ἢ παύσις, ἢ
 γήϊον κέσμον· τὰς δὲ δώδεκα κάσους
 ἦτοι τὰ χαρκαώματα τέτρα, ἢ ζω-
 Διγκόν· θροιδυόν. κάσους igitur sunt
 capsi. & capsi nihil aliud sunt quam
 χαρκαώματα, ut recte interpretatus
 est Isaacius. duodecim capfos habuit
 tabula lusoria, in quibus calculi col-
 locabantur, & per quos varie move-
 bantur, secundum tesserarum jactum.
 duodecim scripta Latini vocarunt. sic
 tabula lusiva, & duodecim scriptorum
 lusus omnino idem. tot enim tabula
 lusoria capsis, distinguebatur, & scri-
 ptis. tabula certamen dicitur Aufonio:
 Vidimus & quondam tabula certamine
 longo

Omnes qui fuerant enumerasse bolos.

vetus Epigramma nondum editum,
 de tabula:

*Indica materies, blandum certamen ami-
 cis*

Offert se, belli fert simulacra tamen.

Quintilianus de lusu duodecim scri-
 ptorum: an vero Scævola in lusu duodecim
 scriptorum, cum prior calculum promovisset
 essetque victus dum rus tendit, repetito to-
 rius certaminis ordine, quo dato errasset,
 recordatus rediit ad eum quicum luserat,
 isque ita factum esse confessus est: Mucium
 Scævola in duodecim scriptorum
 lusu excelluisse ex his Quintiliani
 verbis docemur. hoc idem didici-
 mus ex vetere Epigrammate non-
 dum edito, cuius auctor tabulae in-
 ventorem Palamedem facit: sum-
 mum autem amatorem, egregium-
 que lusorem Mucium Scævola.
 Epigramma ipsum in gratiam studio-
 forum ex veteri libro descriptum
 heic exhibebo, cuius nobis copiam
 fecit eruditissimus & ingeniosissi-
 mus, castigatissimique iudicii vir
 Joannes Lacurnæus, quem honoris
 causa nomino.

D E T A B U L A.

*In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
 Qui vomit internis tesseras gradibus.
 Sub quarum jactu discordans calculus
 exit,*

*Certantesque foret fors variata duos.
 Heic proprium faciunt ars & fortuna pri-
 vicium.*

*Hæc cavet adversis casibus, illa facit.
 Composita est tabula nunc talis formæ
 belli,*

*Cujus missa facit tessera principium.
 Ludentes vario tum exercent praelia fato
 Russus an nitidus præmia forte ferat.
 Pascitur à multis avide damnoza sol-
 pias,*

*Ne fœdes gliscens otia segnities.
 Hoc opus invenit nimium Palamedis o-
 mavit,*

Et parvi excellens Mucius ingenio.

Ex isto Epigrammate satis liquido
 constare potest, τὸ πείσιον, quam
 Latini tabulam vocant, Græci etiam
 recentiores πέλαν, & cuius inven-
 tor à Græcis traditur Palamedes,
 eandem fuisse cum lusu duodecim
 scriptorum. in hoc lusu ars cum for-
 tuna certabat. fortuna ex tesserarum
 jactu pendebat. ars in calculorum
 dispositione tota posita erat. licebat
 itaque quod forte male cecidisset, id
 arte corrigere, recte scilicet ludendo,
 & perite calculos ponendo. hinc illa
 Comici:

*Ita vita est hominum quasi cum ludas tes-
 seris,*

*Si illud quod maxime opus est jactu non
 cadit,*

*Illud quod cecidit forte, id arte corrigas.
 ludere tesseras, est πείσιον. οὐ πείσιον
 sunt tesserae, quarum inventor Pala-
 medes, ut paulo post dicam qui male
 igitur jactarat, male jacta non dabat,
 sed artem pro fortuna adhibebat, &
 in melius reponere tentabat, quod
 infeliciter ceciderat. male jactat, cui
 quod jactu opus est non cadit. male
 jactum dat, qui quod male cecidit,
 non corrigit, sed fortunam tessera-
 rum sequitur, nullamque artem ad-
 hibet, qua vim fati aëaque male fa-
 ventis frangat, vel saltem molliat.
 Hæc dixi ut explicarem emendarem-
 que Ovidii versum, quo præcipit a-
 manti cum amica sua ludenti, ut &
 male tesseras jactet, & male calculos
 moveat,*

moveat, & sic de industria perdat, ac vinci se patiatur.

Seu ludet, numerosque manu jactabit ebri-

nos,

Tu male jactato, tu male jacta dato.

male hodie legitur: *tu bene jacta dato.*

nos ex veteribus libris ita correxi-

mus. jactabantur tesserae, dabantur

calculi, id est promovebantur. da-

re enim calculum dicebant, pro mo-

vere. in jactandis tesserae fortuna do-

minabatur. in dandis hoc est promo-

vendis calculis sola ars locum ha-

bebat. male igitur jactabat, qui in

tesserarum jactu fortunam parum si-

bi faventem habebat: male autem

calculum dabat, qui male ludebat, &

imperite nec ex arte calculum pro-

movebat. poterat vero aliquis qui

male jactasset, etiam si male jactus

cecidisset, bene tamen calculum da-

re, in quo ars erat, & sic malam

fortunam corrigere. at vult Ovi-

dus eum qui cum amica ludit, &

male jactare tesseras, hoc est infeli-

cem jactum adducere, & male etiam

calculos dare. favente fortuna bene

aliquis jaciebat, artis autem erat ut

bene calculum daret. hinc ars & for-

turna pariter in hoc lusu valebant ve-

tus Epigramma paulo ante citatum:

Hic proprium faciunt ars & fortuna pe-

viclum.

Haec cavet adversis casibus, illa favet.

ex vario tesserarum jactu varie per

scripta, & lineas movebantur ac dif-

ponebantur calculi. ποικιλότητων

ἑσῶν calculorum vocat Agathias Epi-

grammate in tabulam Zenonis:

Τοιη ποικιλότητων ἔλεν ἑσῶς.

narrat deinde toto Epigrammate,

qualis situs vel ordo ac positio calcu-

lorum fuerit, nigrorum alborumque

in illa Zenonia tabula. ποικιλότη-

των illam ἑσῶν, ordinem nomina-

vit Quintilianus: *repetitio totius cer-*

taminis ordine, quo dato errasset re-

cordatus. Aristænetus ποικίλας με-

ταώσεις τῶν ψήφων, epist. xxi. lib. i.

ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀντιπῶσιν ἀσπραλίτων

ἢ κυβῶων συχρόμα τῶν, & ἑρατῶ

μεμηγῶ, καὶ πύθεν ὡς τῶς ποι-

κίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων πολλὰ

ἀπολογισθῶμεν, ἐμαυτὸν καὶ τῶν κα-

ταδεσέρον τῶν παιδιῶν ἠπῶμα πολ-

λάκις γὰρ μεταρῶ ἐν τῶν πῶς τῶς

ἡμετέραις βολαῖς ἀντὶ τῶν ἐμῶν τῶς

ἐκείνων ἀποβῆμι ψήφους. infelix hic

ex a quo amator, & aleator, quoties

cum rivalibus suis luderet, adeo prae

amore nihil videbat, ut saepe ex jactu

tesserarum, quem ipse jecerat, non

suos sed adversariorum calculos mo-

veret, ac ordinaret. quotiescunque

aurem aliquis hunc lulum ludens,

calculum dedisset, & mox poeniten-

tia ductus, datum reducere ac revo-

care vellet, licebat hoc ei facere, mo-

do fieri concederet is quicum lude-

bat. Cicero: *ita tibi concedo, quod in*

duodecim scriptis olim, ut calculum reducas,

si te alicujus dati poenitet. Graeci dicunt

ἀναθέω ψήφον, calculum reducere-

θεῶ ψήφον, est calculum ponere-

contrarium, ἀναθέω, quod est ex eo

loco in quem datus erat, retrahere,

& in pristinam sedem revocare. Plato

Hipparcho: *ἀλλὰ μὴ καὶ ὡσπερ πε-*

τῶων ἐθέλω σοι ἐν τοῖς λόγους ἀνα-

θέω ὅ, π βέλῃ τῶ εἰρημῶων, ἵνα μὴ

οἷη ἐξαπατῶω. ex his etiam collige-

re licet πετῶς & duodecim scripta

non esse diversa. nam proculdubio

ad hunc Platonis locum Cicero allu-

sit. θέλω σοι ἀναθέω, ad verbum est,

volo tibi concedere ut calculum reducas:

volo tibi calculum corrigere. Hesychius:

ἀναθέω, μετανοῶσι. ἐπὶ τῶ πῶων

ἐλέγγω οἱ γὰρ παίζοντες καὶ τῶς ψήφους

ἐδιόρθῶν. ita legendum apud Hesy-

chium. vulgo excusum est, ὁμολο-

γήσι. μετανοῶσι autem exponit He-

sychius. nam proprie ἀναθέω signifi-

cat, dati calculi poenitere, & eum re-

vocare. Antipho ὡς ὁμολοκας ἀνα-

θέω δὲ ὡσπερ πετῶν τῶ βίον σου ἐστὶ

vitam ut calculum reducere ac revocare non

datur. ἀναθέω βίον Graeci Gramma-

tici interpretantur, ἀναθεν βιῶναι με-

τανοῶσι καὶ ἐπὶ ὡσπερ βίω. recte

igitur μετανοῶσι reposuimus apud

Hesychium pro ὁμολογήσι. Suidas

exponit, μετὰ βία, μετὰ βελούσα, μετὰ βίαν κ' ἀναθεῖται, τὸ μετὰ βία, διότι τ' ἐπιτρεπόντων καὶ ταῖς κεννηρίας ἢ δὴ ψήφους διορθόντων. datum calculus corrigere, nihil aliud est quam jam promotum reducere ac revocare.

Ausonius de tabulæ certamine:

*Narrantem fido per singula puncta recursu
Quæ data per longas, quæ revocata moras.*

ad singulos bolos, hoc est ad singulos tesserarum jactus, secundum puncta dabantur, hoc est movebantur calculi. at si male datum calculus judicabat lusor, pœnitentia ductus eundem revocabat, concessu collusoris. Erravit magnopere Turnebus qui bolos in eo ludo dari revocarique solitos adnotavit, atque ita locum illum Ausonii interpretatus est. boli sunt jactus tesserarum, vel etiam tessera ipsa quæ jaciebantur. atqui boli non dabantur nec revocabantur, sed simpliciter jactabantur. prout autem boli cecidissent, ita dabantur calculi, aut si alicujus dati pœnituisse lusorem, revocabantur. Ovidius:

Tu male jactato, tu male jacta dato.

male jactabantur tessera ab infelici aleatore: male dabantur calculi, ab imperito lusore. jaci igitur proprie dicebantur tessera, dari calculi. hinc jactus videtur proprie vocari debuisse tessera, quod jaceretur; datus autem calculus, quod daretur. at vice versa datos vel dados vocamus tesseras, jactos vero calculos. hinc jacti vel jactones nobis hodieque dicuntur calculi quibus in putandis rationibus utimur. Græci sane βόλες non tantum tesserarum jactus, sed etiam tesseras ipsas nuncuparunt. Eustathius: κύβοι μὲν ἢ οἱ κωκυριπύμβοι ἐξ ἀπλόου βόλοι, καὶ εἰσὶ κωκυριστῶντες ἐν τῷ βάλκεα. inde diminutivum, βολίον, tessera.

Glossæ: βόλια, tessera. alia Glossæ: tessera, βόλια, ψήφοι. Hesychius: πετρί, βόλια ἐν οἷς παβλίζουσι. in veteri inscriptione tabulæ lusoria, quam paulo post proferemus: εἰς τὰ βόλια παίζων, tesseras ludens. βολίδας

etiam appellarunt. Epigr. Græcum εἰς τὰ βόλια.

Μήτε δὲ νικήσας μεγαλίξει, μήτε ἀπολειφθεῖς

Ἀχηνῶ, τὴν ὀλίγη μεμφομένη βολίδα.

item aliud εἰς τὸ αὐτό.

Παίγνια μὲν πᾶσι πάντοι, τύχης δ' ἐπιτρέποντες ἑρμῆ

Ταῖς ὀλίγαις πάντοις ἐμφέρε) βολίς.

jacula veteribus Latinis. Isidorus: olim autem tessera jacula appellabantur à jaciendo. jaculum est βολίς vel βολία.

Glossæ: βολίς, jaculum. quemadmodum autem πετρίες Græci & protesseris, & pro calculis usurparunt, sic Latini etiam tesseras posuerunt, ἀπὸ κύβων καὶ ἀπὸ ψήφων. Glossæ: tessera, βόλια, ψήφοι. Græci quoque recentiores, παβλία tam de calculis, quam de tesseras dixerunt. quo minus mirum est, datos nos hodie vocare tesseras, cum ita vocari potius deberent calculi, & jactos è contrario pro calculis sumere, cum id nomen magis conveniret tesseras, quod jaciuntur. Græci quoque Grammatici κύβον, πᾶσαν ψήφον τετραγώνιον dicit autumant. calculi vero, sive ψήφοι quibus in tabula ludebatur, erant rotundi. Tabulæ porro lusum, hoc est τὴν πετρίαν, à Palamede inventum fuisse inter omnes constat. Sophocles in tragœdia cognomine:

Οὐ λικόν ἐστ' ἢ δὲ ἀπώσε σὺν θεῷ

Εἰπὴν, χεῖρον τε Διχτηδὸς σφαιρωτάς

Ε' φεύγε, φλοίσβη μὲν κῆπον κωκυριπύμοις,

Πεσὺς κύβους τε τετραγώνιον ὀργίαις ἀκῶ.

Euphorion: Πεσὰ Ναυπηλιάδα, πεσὺς igitur invenit Palamedes. scribit Herodorus Lydos tesserarum lusum primos reperisse, & talorum, & pilæ, πᾶσι πεσῶν τέτων ἢ, inquit, τὴν ὄρεον ἐν οἰκίστῃ Λυδία.

Αυδοί. Græcorum igitur inventum οἱ πεῖτοι à Palamede, belli Trojani temporibus. qui πικρὸς apud Herodotum talos, aut calculos verterunt, falsi sunt. jam multo ante Palamedem & tessera, hoc est κύβοι, & tali, hoc est ἀσπράγαλοι erant reperti. ψήφες etiam hoc est calculos non primus invenit, sed πικρὸς. diximus jam supra πικρὸς non simpliciter aut calculos aut tesseras significare, sed & calculos simul & tesseras, & lineas etiam sive scripta quibus tabula lusoria distinguebatur. hæc omnia significabat vox una πικρὸς ὁμανύμεως. Grammatici: ἴστων ἢ ὅτι βόλια κύβου τῶν τῶν πικρὸς φασὶν οἱ παλαιοί. καὶ ὅτι καὶ πικρὰ ἐδέτερος οἱ πικροί. καὶ ὅτι πικρὰ ὁμανύμεως ἢ ζεαμμή, καὶ ἢ ψήφου. Hesychius: πικρὸς, ἐστὶς ἐκάλει τὰς ψήφους αἷς ἐπαιζόν. πικρὸς οἱ, τοῖς κύβοις, ὡς οἱ τὸ πικρὸν αἰτῆς. quoties ergo legimus apud veteres τὴν περὶ τοῦ κλύ à Palamede inventam, de hoc lusu debemus intelligere, qui tesseras calculisque constabat, & tabula in qua ludebatur, lineis multis distincta, per quas calculi movebantur ad tesserarum jactum. totam istius ludi dispositionem modo πικρὸν, modo κύβον vocabant veteres, quod & tesseras & calculis simul perageretur. Eustathius: Ἡ ἐγδοίκα ἐν φανερῶς ἀφ' ἑρέιν δηλοῖ κύβον καὶ πικρὸν, ἐν οἷς λέγει ὅτι Λυδδοὶ τὰς κύβους δίδου καὶ τὰς ἀσπράγαλους καὶ τὴν σφαιρῶν, καὶ ἄλλα παίγνια τῶν πικρῶν. μοχρὸν περὶ πικρῶν, ita scribit: ἴστων δὲ καὶ ὡς ποτὲ μὲν ἐν μέρεσι κύβου ἢ ὅλη ἀφ' ἑρέιν τὴν παιδιᾶς. ποτὲ δὲ πικρὸς. quod enim & tessera & calculus ad hunc lulum adhiberentur, interdum κύβον, interdum πικρὸν totum ludum appellarunt. proprie enim πικρὸς calculum significabat. Romani quoque aleam dixerunt hunc ludum, ut Græci κύβον. quod supra jam à nobis notatum est. tabulam etiam τὴν ὅλην ἀφ' ἑρέιν παιδιᾶς vocarunt à tabula in qua ludebatur.

tria enim totum hunc ludum constituebant, tessera, calculi, & tabula lineis xii. conscripta. tabulam τῶν λινθίων περὶ τοῦ κλύ Græci vocant & ἀβάκιον. inter κύβου τῶν ὄργανα recenset Pollux & ἀβάκιον. κύβου τῶν σκόδη, ἀβάκιον, κύβοι, &c. idem alibi: Ἀμφίς ἐν τοῖς κύβου τῶν εἰρηκεν τυλία, κηρί, φημί, κηθίς, κήσκινον, ἀβάκιον, κύβοι, πεῖτοι. hinc Παλαμήδειον ἀβάκιον. Grammatici Græci: τὴν περὶ τοῦ Παλαμήδους ὄρειν λέγει. ἢ παρώνυμον τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον. Latini Græcique recentiores tabula quoque inventionem Palamedis passim tribuunt. sed tabulam cum nominant, totam ludi complexionem intelligunt, tesseras calculisque constantem, & in tabula lusitari consuevit. vetus Epigramma Latinum ἀνέκδοτον, de tabula:

Has acies bello similes cano, quas Palamedes

Constituit casu vario, paribusque periculis.

aliud Epigramma vetus, etiam ἀνέκδοτον, de tabula similiter inscriptum:

Hoc opus inventor nimium Palamedis amavit,

Et parili excellens Mucius ingenio.

Suidas: τὰ βλά, παιδιᾶς ὄνομα τὸ ἐφεῦρε Παλαμήδης. Joannes Antiochenus, cujus locum jam supra retulimus: ὁ Παλαμήδης ἀφ' ἑρέιν τὴν βλά τὴν γήινον κήσκινον ἠνέξατο. τὴν ζαδιακὸν κύκλον ἀφ' ἑρέιν τὸ δώδεκα κήσκινον, &c. verum enim vero magnopere observandum est, istum tabulæ lusum, cujus inventionem multi Palamedi defendunt, longe mihi diversum videri ab antiqua illa περὶ πικρῶν, cujus auctorem repertoremque faciunt Palamedem antiquissimi Græci scriptores. hoc tabulæ ludicrum tesseras calculisque peragebatur, arte ac fortuna temperabatur, in tabula vero ludebatur duodecim lineis descripta ac notata, per quas vario situ atque ordine calculi disponebantur, & promovebantur: ad singula cadentium tesserarum puncta. quare Latini duodecim scripta hunc

hunc lusum vocarunt. duodecim enim scriptis erat distincta tabula. triginta calculis totum opus constabat, quindecim nigris, & quindecim albis. at vetus Græcorum πεπία quam à Palamede proditam perhibent, longe alia. πεπία illam quasi πεντεία dictam volunt Grammatici, quod uterque lusorum quinque tantum calculos haberet, & quinque lineas in quibus statuebantur illi calculi. sic quinae utrinque lineæ. inter illas alia quadam media ferebatur, quam sacram vocabant. qui inde calculum movere cogebatur, proverbium tollebat, κινῶ τ' ἀφ' ἱερῶς. hunc lusum ita Grammatici describunt: ἐπειδὴ δὲ ψῆφοι μὲν εἰσὶν αἱ πέντε, πέντε δὲ ἐκάτερο εἶρε τ' παιζόντων ἐπὶ πέντε γραμμῶν, εἰρήτως εἴρηκε Σοφοκλῆς:


Καὶ πέντε ἀπὸ πέντε γραμμῶν, καὶ κύβων βολαί.

τ' δὲ πέντε ἐκάτεραθεν γραμμῶν μέση τις ἡ ἱερὴ καλεσμένη, καὶ ὅ τ' ἐκείθεν κινῶν πέντε παρομιλίαν ἐποιεῖ, κινῶ τ' ἀφ' ἱερῶς. tesserae in illo genere ludi nullum locum habebant: solis calculis res agebatur, qui de linea in lineam promovebantur, usque ad medianam, quæ & sacra dicebatur, ad quam qui pervenerat, ultima necessitate compulsus, & ad incitas redactus, calculum inde movebat, in extremum subsidium. nihil enim post hanc restabat, & manus erant victori dandæ. inde proverbium, κινῶν τ' ἀφ' ἱερῶς, ἐπὶ τ' ἀπεγνωσμένων καὶ ἐξάτης βοηθείας δεομένων. Alcaei verba ita legenda sunt: νῦν δ' ἔτ' ἐπιτρέψω κινήσας τ' ἀφ' ἱερῶς πυκινὸν λίθον. tesseras ad hunc lusum non fuisse adhibitas locuples testis Hes. his verbis:

Καὶ πέντε ἀπὸ πέντε γραμμῶν, καὶ κύβων βολαί.

Σοφοκλῆς Ναυπηλῶ πυρραεῖ. παροσον πέντε γραμμῶν ἐπαιζόν. Διγ. Φερδ δὲ πεπία κύβειας ἐν ἡ μὲν τὰς κύβους ἀναρίπτεισιν ἐν δὲ τῇ πεπία αὐτὸ μόνον τὰς ψῆφους μετὰ κινήσει. aperte κύβειαν ἀπὸ τ' πεπίας distinguit,

quod in κύβειαι tesserae jactarentur, in πεπία vero solum calculi transmoventur. atqui πεπία idem Grammaticus, alibi κύβειαν interpretatus est, & πέτσειν, κύβειν, πεπία, καὶ Διγ. κύβων παιδιὰ. quid ad hæc respondendum? an mutatam fuisse dicemus, & à posterioribus interpolatam totam illius ludi rationem quem Palamedes invenerat? ut tesseras addiderint posteriores, calculorum numerum linearumque ampliarint, & alia multa de novo commenti sint in hac lusione, quæ ab inventore prodita non fuerant. Dici certe hoc poterat, sed longe verius est quod mihi subito dum hæc scribo in mentem venit: duplicem apud Græcos usitatum fuisse πεπία, alteram à Palamede, alteram ab Ægyptiis. quæ à Palamede instituta est, simplicissima fuit, & solis quinque calculis quos πέντε Græci dicunt, ab utraque ludantium parte tractabatur, absque tessera. nam quinque calculos unusquisque lusorum habebat in quinque lineis ponendos. hinc πέντε ἀπὸ πέντε γραμμῶν Sophocli. sic decem lineas habebat tabula in qua ludebatur, & unam præterea medianam, quæ inter illas decem protendebatur, quam dicebant sacram. formam tabula oculis subjiciemus.



possit

possit tamen aliquis putare lineas omnes in illa tabula parallelas fuisse descriptas ad hunc modum.



ut sit, quina ab utraque parte lineæ dabantur lusoribus. uterque τὰς κερὰ ἑαυτὸν habebat. media inter illas sacra trahebatur, ad quam victus quasi ad ultimam anchoram confugiebat. Eustathius ex vetusto nescio quo auctore: τὰς δὲ πρὸς ἑξ ἑξ ψήφους εἶναι πέντε, αἷς ἐπὶ πέντε γραμμῶν ἐπαιζόν ἐκατέρωθεν, ἵνα ἕκαστος τὸ πείτδόντων ἔχη τὰς κερὰ ἑαυτίν. Σοφοκλῆς.

Καὶ πρὸς ἀ πεντήγραμμοι καὶ κύβων βολαί.

παρεπίειπε δὲ Φησὶ δι' αὐτῶν καὶ μέση γραμμὴ, καὶ ἱερὰν ἀνόμαζον, ἐπεὶ ὁ νικῶν μὲν τὰ ἐσχάτην αὐτῷ ἵεται. nulla in hoc lusu fortuna aut alea: nam nullæ tesserae. ars igitur omnia faciebat. ideo Sophocles de his πρὸς αἷς loquens, quos primus invenit Palamedes, semper eos ἀπὸ τῶν κύβων separat. in tragœdia Νηαιωλὶα Πυρραίων:

Καὶ πρὸς ἀ πεντήγραμμοι, καὶ κύβων βολαί.

in tragœdia Παλαμήδης:

Πρὸς αἷς κύβους τε, περπὸν ὄργιας ἀκτῶ.

non erraverit igitur qui πρὸς αἷς apud

Herodotum verterit calculos, ubi dicit, tesseras & talos à Lydis inventos, & alia hujusmodi ludicra πάλω πρὸς αἷν. πρὸς αἷ enim sive πρὸς αἷ ibi sunt calculi. Ægyptiaca vero πετρεῖα longe operosior erat & ingeniosior quam illa Palamedica. tota siquidem φιλοσοφικῶς & ad rationem astronomicam, composita fuit & excogitata. & hæc ipsa nostra est, de qua nunc tractamus, quæ tesseras calculisque in tabula duodecim lineis exarata ludebatur, quam propterea Romani duodecim scriptorum appellabant. narrat Plato in Phædro primos omnium hominum Ægyptios invenisse ὄρθρον καὶ λοφισμὸν, καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἐπὶ δὲ πετρεῖαν καὶ κύβειαν, καὶ δὴ γραμμὰς. Græci commentatores ibi notant πετρεῖαν minime à Platone designari τῶν παρ' ἑλλήνων, quam primus scilicet reperit Palamedes, sed τῶν Ἰ ληθημόνων πείτδόντων. πείτδόντων vocant, quam Latini tabulam, Græci recentiores τῶν βολῶν. tabula enim duodecim lineis conscribilla, cursum Solis ostendebat per duodecim Zodiaci signa. καὶ (ἀ γράφει) γὰρ π πάλω θίον ὡσπερ ἐν τῇ πείτδόντων παυδίᾳ δι' ἑ τὰ κινήματα ἡλίου καὶ τῶν σεληνῶν, ἐπὶ δὲ καὶ τὰ ἐλλειπτικὰ πρὸς ἀστρονομίαν Αἰγυπῆσι. Scribit idem Eustathius alio loco philosophicam fuisse Ægyptiorum πετρεῖαν. ὅπ δὲ, inquit, τῶν πρὸς αἷν ὄργια ἐν Αἰγυπτίῳ ἀναθήσειν ἐπερὶ, καὶ ὅπ ἐ παικτικὴ, ἀλλὰ φιλοσοφικὴ ἡ Αἰγυπτιακὴ πετρεῖα, ἐν ἄλλοις δηλεῖται, quis negare possit illam Αἰγυπτιακὴν πείτειαν. tabulam fuisse veterum in qua tesseras calculisque ludebatur: quem quidem ludum philosophia multa refertum esse sic adstruunt. tabulam enim terrenam istam, quam calcamus, mundi plagam significare. duodecim scriptis sive duodecim lineis, δώδεκα κλίσεις quidam vocarunt, duodecim Zodiaci signa designari. per septem tesseras quæ in psephobolo habebantur, septem

tem planetas representari. per pyg-
 zum, altitudinem cali. hunciptum
 tamen ludum, & hanc ipsam φιλοσ-
 φικῶ πετρίαν plerique auctores
 non Ægyptiis sed Palamedi tribuunt,
 & ab eo primum inventam esse scri-
 bunt. Suidas: τὰ βλα, παιδιὰς ὄνομα.
 ταύτην ἐφεύρε Παλαμήδης εἰς Ἀγ-
 γωνίῳ τῷ ἑλλητικῷ στρατῷ σὺ φιλο-
 σοφία πολλή. plura testimonia supra
 congesimus. sic utramque πετρίαν
 sæpe auctores confundunt: simpli-
 cem illam nimirum quæ solis quin-
 que calculis, in quinque lineis absque
 tessera ludebatur, cujus repertorem
 fuisse Palamedem canit Sophocles:
 & istam duplicem, & φιλοσοφικῆς τέ-
 ρου, quæ quindecim calculis ad tesse-
 ram lusitabatur in duodecim lineis
 sive scriptis, quam multi ab Ægyptiis
 repertam esse volunt, & cujus etiam
 nonnulli auctorem faciunt Palame-
 dem. Igitur Hefychius quum πε-
 τρίαν ἀπὸ τῆς κυβείας distinguit, mani-
 festo simplicem illam intelligit quæ
 meris calculis, absque ullo tessera-
 rum jactu exercebatur: quum vero alio
 loco πετρίαν interpretatur, Ἀπὸ κυβ-
 εων παιδιῶν, de ista duplici accipit,

in qua & tessera jactabantur, & ad
 earum jactum calculi movebantur.
 de hac etiam accipiendi auctores
 quoties πέτριος ἀντὶ κυβέων usurpat,
 & πέτριος ἀντὶ τῆς κυβέων. Hefych.
 πεσοῖς, πετρίαις, βολίαις, κυβοῖς.
 inde apud Aristanetum πεσοῖς sunt
 tessera: καὶ πεσοῖς πικροντες ἀτυχῶς
 εἰ ἐμῶν, δὲ βολώτερον δὲ τοῖς κύματις.
 in hoc enim ludo πετρίαις sunt tessera,
 in illo altero simplici sunt ψῆφοι,
 hoc est calculi. Suidas: πεσοῖς, κύ-
 βοῖς, καὶ πεσοῖς ψῆφοι παρ' Ἡρώδου
 ἐν οἷς ἐπαίζον. corrigendus idem
 Suidas in his verbis: πετρίαις, τα-
 βλίαις καὶ πετρίαις, παιδιῶν, αἰ-
 λοῖς. lege: παιδιῶν, τὰ βλαῖς, vel
 ταύλαις. Hefychius: πετρίαις, κύ-
 βοῖς, τὰ βλαῖς, παιδιῶν. male apud
 Hefychium παιδιῶν. Tabula porro
 veteris lusoriae formam ex Thesaurο
 antiquarum inscriptionum Gruteri
 nostri prolatam heic subjiciemus. ibi
 enim hæcenus ignorata latuit, & ni-
 hil minus quam tabulam eam luso-
 riam esse cogitarunt docti. sic igitur
 habet.

Rome

Roma tabula marmorea reperta in piscina publica prope Armilustrum in vinea.



Hæc tabula marmorea, alveus plane fuit veterum lusorius, in quo tesseriis calculisque ludebant, quique duodecim scriptis sive lineis ex utroque latere distinctus erat. longiorem vides esse quam latiore. ita fiebat. Plinius ex actis triumphorum Pompeji Magni: *transtulit alveum cum tesseriis lusorium è gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quattuor.* tertia pars igitur latitudinis ad longitudinem adjiciebatur ut plurimum, in illis lusoriis alveis fabricandis. talis etiam hodieque forma nostrorum alveolorum, quæ *tabularia* dicimus. Ceterum tabulam illam marmoream tesserariam fuisse, si nihil aliud ostenderet, certe inscriptio ejus, satis hoc fatetur. ea præter vitiosam scribendi consuetu-

dinem qua tunc utebatur vulgus, vitiose etiam à viris doctis descripta est. sic autem videtur scriptum fuisse in marmore.

ΟΔΕ ΠΕΖΩΝ
 ΤΟΝ ΙΣ ΤΑ
 ΒΩΛΙΑ
 ΙΣ ΧΣ
 ΝΙ ΚΑ
 ΚΕ ΒΟΪΟΙ ΤΟΥΣ ΕΓΡΑ
 ΨΑΝΤΑΣ ΑΦΤΟΝ
 ΚΑΙ ΠΕΖΟΝ
 ΤΑΣ ΙΣ ΤΑ
 ΒΟΛΙΑ
 ΑΜΗΝ.

quæ verba ita constituenda sunt:
 ὁδὲ παιζόντων εἰς τὰ βόλια Ἰησῆς
 Χριστός

Χειρὸς νικῶ, καὶ βοηθεῖ τὰς ἀφαιρούσας
αὐτὸν καὶ παιζούσας εἰς τὴν βόλεια.
Notabis obiter vulgarem & barbarum
Græce scribendi morem in hac
inscriptione, qui & alibi mihi in mul-
tis mediis infimique ævi monumen-
tis ac scriptis observatus est. ὁδὲ pro
ὁδὸ. πεζούτων, & πίζοντας, pro παι-
ζούτων & παιζούσας. καὶ pro &. hæc
scriptura mille locis reperitur in
antiquo Glossarum Codice. ἐπισφά-
ρα pro ἐπισφάρα. σφέρα pro
σφαῖρα. ἐλαία pro ἐλαία. ἔρα pro
αἴρα. & alia ὅσα κήνις. sic in veteri
inscriptione Græca Ἀθώσιον legitur
pro Ἀθώσιον. & in alia, κείτε pro
κείται. ἔνθα κείται Εὐδοκία. item in
alio saxo: καί κίτε pro καί κει) ὀ-
νταῖδε καί κίτε Νικηφόρος. οὐθαδὲ
καί κίτε Εὐστόχος. καὶ pro & in alio i-
tem monumento positum observavi.
ἰς in hac tabula pro εἰς, & βοιδί pro
βοηθεῖ & hæc quoque vulgo recepta
apud imperitos scribendi consuetudo.
sic in veteri inscriptione, ἔδεις pro
ἔδεις. & δὲ ψύχη pro δὲ ψύχη. αἰμνη-
ς pro αἰμνης. ΕΥΨΥΧΙ.
ΤΕΚΝΟΝ. ΟΥΔΙΣ. ΑΘΑ-
ΝΑΤΟΣ. & in alia ὠδρόμι pro
ὠδρόμι. frequens etiam hæc scriptura
occurrit in vetusto Glossarum ex-
emplari manu exarato, qui in Biblio-
theca clariff. P. Puteani servatur.
ἀφτὸν pro αὐτὸν eadem tabula scri-
ptum præfert. ita pronuntiabat, scri-
bebatque illo tempore Græcorum
vulgus. sic ἀφθέντης pro αὐθέντης
scribere amabant, & κλάσιμην pro
κλαύσιμην, & alia sexcenta similiter
de quibus nos alibi. βοηθεῖν πνὰ,
recentioris hellenismi loquutio, quæ
frequenter occurrit apud Græcos au-
ctores infimi ævi. apparet hanc tabulam
lusoriam Christiani hominis
fuisse. nam & crucem in medio fin-
gendam curavit, & Christi nomen
scribendum, parum Christiane. nam
& impie, adjutorem illum futurum
dicit ludentibus aleam, legibus veti-
tam, bonisque moribus contrariam,

omnibus olim Christianis impermi-
sam, postea solis interdictam clericis.
Justinianus Novella cxxxi. ἀπα-
ρομομεν δὲ τοῖς ὁσὶα ζήτησις ἐπιτοκίαι
καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἀρχιεροῦσι καὶ ἑπι-
σκοποῖσι, καὶ ἀναγνώσταισι καὶ πραι-
πόστολοις δὲ ἡπολιε διαγῶς τὰς μὲν
ἀρχιεροῦσι καὶ πραιποστολοῖσι ἢ τῶν
αὐτῶν παιζούτων κριναιὸς ἢ γενομένη
γινεῶν. Canon tamen quinquagesi-
mus sextæ synodi tam laicos quam
clericos alea ludere vetat. qui in eae
similis est xliiii. Canoni sanctorum
Apostolorum. nunc tabulam ipsam
per partes ac veluti per lineas explic-
tus. dextrum vides ejus latus & sin-
istrum, utrumque à summo ad imum
duodenis descriptum lineis, sibi in-
vicem respondentibus, & ex aduerso
oppositis. sic sunt in totum viginti
quattuor lineæ, quibus hæc tabula
distincta est. totidem hodieque sunt
in nostris alveis lusoriis. prima de
summa linea dextri lateris, quasi sola
posita est, si recte nobis tabulam ex-
presserunt, nam longiore intervallo
sequentibus separatur. post eam se-
quuntur ternæ æquis spatiis dispa-
ræ. post eas alia binæ quæ per decem
sem inter se junguntur. hæc senæ li-
næ dimidiatum latus dextrum tabu-
læ constituunt. sequuntur in eisdem
lateris altera parte, ternæ lineæ æqui-
libus intervallis à se disjunctæ: inter
paulo longiore relicto spatio, alia
ternæ & ipsæ æqualiter distantes in-
vicem, hæc sex fiunt. sic duodecim
lineas sive scripta latus habet dex-
trum, totidem sinistrum, eodem or-
dine parique situ positas. ternis igitur,
ut vides, lineis descripta erat ve-
terum tabula, hodierna senis. nam
quater senæ lineæ hodie in nostris
lusoriis tabulis habentur descriptæ.
Isidorus de figuris tabulæ: sed & ipsa
vias senariis locis distinctas propter æquas
hominum, trinariis lineis propter æquas
argumentantur, inde & tabulam ternis de-
scriptam dicunt lineis. primam dextri
lateris lineam, dicebant & summam.
Græci quoque recentiores Latine
vocat

vocem retinuerunt, & σέμμον χῶρον
appellarunt in tabula. Agathias de
tabula Zenonis :

Ἐπὶ μὲν ἐκὶ ἔχεν, μέν ἔννα
αὐτὰρ ὁ σέμμον
Διοσάσ ἀμφιέπων ἴσθ' ἔλω δεκά-
τω.
Ὅς δὲ πέλα μὲν σέμμον, ἔχεν
δύο.

ultimam infimamque lineam dextri
lateris duodecimam vocabant. reve-
ra enim erat duodecima. ab illa ulti-
ma dextri lateris linea quæ & duode-
cima, transibant ad ultimam sinistri
lateris ex adverso respondentem &
oppositam, eamque tertiam deci-
mam appellabant. Epigramma in ta-
bulam Zenonis :

Ἀμφὶ δυοδέκατον διέπεσον εἴκελοι
ἀλλὰ,
καὶ τελοκαδεκάτω ψῆφ' ἔκειτο
μία.

post tertiam decimam, sequebatur lo-
cus quartus decimus quem Antigonum
dicebant. post Antigonum
quintus decimus, atque ita deinceps
secundum numerorum ordinem a-
scendentes numerabant usque ad pri-
mam sinistri lateris lineam, quæ &
vigesima quarta erat, & ultima om-
nium viginti quattuor tabularum
statuebatur. πύματον χῶρον eam
vocat Agathias :

— εἰσέτι δ' ἄλλας

Ἐχεν δεκάδιαις τέτρατον ἐν πυ-
μάτε.

τέτρατον ἐν πυμάτε, erat vigesi-
mus. fortasse tamen aliquis existima-
re possit, nec sine ratione, decimum
tertium locum sive scriptum tabula
non illum fuisse, qui sinistri lateris
ultimus erat, sed qui primus. nam à
duodecimo puncto & ultimo dextri
lateris, verisimilius videri transitum
esse factum, ad primum sinistri late-
ris, quam ad ultimum. hoc etiam mi-
hi verisimilius videtur. prima igitur
& summa linea sinistri lateris seque-
batur ultimam & duodecimam dex-
tri: ideo tertia decima ipsa dicebatur.
sic πύματον χῶρον, quem vocat Aga-

Tom. II.

thias, vigesimus quartus, atque idem
ultimus & infimus sinistri lateris.
punctum, lineam, scriptum, locum confun-
dimus. nam hæc omnia σωάνυμοι
sunt. præter nomina numerorum
quæ punctis illis sive locis tabulæ im-
posita erant, unus etiam dicebatur,
Ἀνίχθον, & alter δὶβον. Agathias:
— μενάδα δ' ἄλλω
ψῆφον τῶν πυμάτων ἀμφιέπεσον
δὶβον.

& paulo post :

Δίξυτες Ἀνίχθον διενόσμεον. —

δὶβον Latinum nomen est, ut &
σέμμον. δὶβον igitur est divus. ne-
mo nescit Imperatores Romanorum
divos post mortem appellatos. Hic
tabulæ ludus ad imaginem belli pla-
ne compositus erat. inde tabulæ cer-
tamen dicebatur. in eo calculi nigri
vel russei cum albis certabant. vetus
Epigramma :

Deceriantque simul candidus atque ru-
bens.

& in alio :

Namque acie aequali concurrat rufus
albo.

item aliud :

Has acies bellis similes cano, quas Pala-
medes

Constituit.

sic in uno latere tabulæ locus erat,
qui dicebatur divus; quasi Regis Ro-
mani sedes: in altero oppositus &
contrarius, Antigonus. quod est no-
men Macedonum regis: quos semper
Romanis adversos & contrarios fuisse
notum est. albi calculi cum nigris
vel rubeis certabant. albi in dextro
latere statuebantur, nigri in sinistro.
Divus erat in dextro latere, Antigo-
nus in sinistro. duodena puncta u-
trumque latus habebat, invicem sibi
opposita & contraria. hinc duodecim
scriptorum ludum Romani eum dixe-
runt. hinc δώδεκα κίονες, & δώδεκα
χαρακώματα in tabula fuisse dicunt
Johannes Antiochensis, Cedrenus,
Suidas, & Isacius Porphyrogeneta.
Martialis quoque duodeno puncto tesse-
ram in tabula numerari dixit. puncta
enim

Bbb

enim

enim & scripta, & κείσσι, & χαρα-
κώμαα & γρομμια & χόρα & li-
neæ, idem significant in hac re. non
igitur existimandum est, quod duo-
decim scriptorum ludus hic vocaretur,
eo duodecim tantum scriptis to-
tam fuisse distinctam tabulam. ut al-
terum latus sex modo puncta vel scri-
pta habuerit, alterum totidem, & sic
duodecim in rotum puncta tabulæ
fuerint: ideo enim *duodecim scripta*
vocabantur, quod utrumque latus ta-
bulæ seorsim sua duodena puncta sive
scripta haberet ex adverso sibi oppo-
sita, & contrarios sustinentia calcu-
los, & inter se sub tesserarum jactu
decertantes. sic plane in lusu *πέπτείας*
Palamedicæ *πεντέρομμια πεισά* di-
cebantur, quod utrumque tabulæ la-
tus seorsim quinque lineis descri-
ptum esset. nam tota tabula decem
lineis erat distincta, & alia præterea
undecima quæ per medium illarum
trahebatur, & sacra nuncupatur.
quod ad hunc vero tabulæ lulum at-
tinet, & duodecim scriptorum, scien-
dum est omnino eundem esse paucis
mutatis, cum eo quem vulgo *tristracum*
appellamus, ὀνομαζομένην ἰσθμίου,
à sono quem calculi in tabula moti
faciunt. similiter enim in hoc & in
illo fortuna temperatur arte, tessera-
rarum calculorumque usus est, & cal-
culi ad jactum tesserarum moventur.
pari in utroque calculorum numerus.
pari quoque punctorum linearumve
numero conscribilla tabula. ratio
vero ludendi in quibusdam parum
diversa. qualis autem & quanta di-
versitas fuerit antiquæ tabulæ & ho-
diernæ, nos libello peculiari, quem
de utriusque ludi comparatione scri-
psimus, adfatim tractamus. *Tristracum*
antiquorum belle describit Aga-
thias epigrammate εἰς τὰ βλάτα Ζη-
νωνῶν, ubi situm ordinemque calcu-
lorum Zenonis, qui albos erat sorti-
tus, nigrorumque qui collusori ejus
obtigerant, posituram, postquam an-
xie & accurate commemoravit, indi-
cat sub finem & exponit, qualiter
Zenon, & quibus punctis captus sit,

& victus discesserit, infelici tessera-
rum jactu:

Δοιὰ τῆ ἐξ τῆ πέντε κατήγαγν. αὐλι-
κα δὲ ὄκτω

Ἄζυγας εἶχει ὅλας πρὸς δε μισ-
ζομδίας.

quæ nos alibi pluribus explicamus.
nihil enim in his viderunt eruditissi-
mi viri: qui & ingenue ludum illum
sibi ignotum esse fassi sunt. tribus au-
tem tesseris tunc utebantur ad hunc
lulum: nos duabus tantum. quindecim
calculis: nos duodecim. quindecim
tamen adhuc in tabula servantur
calculi; quindecim nigri scilicet, &
quindecim albi. præter *tristracum*
quem vocamus, alium etiam ludum
cum tesseris & calculis in tabula lu-
sitare consuevimus. *Reginulam* vulgo
vel *Reginetam* nominamus, quasi
parvam reginam. nam ita quidam
calculus nuncupatur. ingeniosus hic
ludus, & multum habet artis, & su-
per duodecim tantum tabulæ punctis
luditur. vincit autem, qui omnes ad-
versarii sui calculos capit. idem olim
fiebat in ludicro duodecim scripto-
rum. fit & hoc idem hodie in eo ge-
nere *tristraci*, quem magnum vulgo
vocant. varie enim luditur hic ludus,
& varie etiam apud veteres ludeba-
tur. tabula igitur antiquorum & no-
stra, pæne eadem res. quod alibi plu-
ribus adstruimus. *Tabula*, inquit Ili-
dorus, *luditur, pyrgo, calculis, vssisqne.*
de pyrgo primum videamus. *pyrgus* e-
rat pyxis in modum turriculæ facta,
gradibus intus multis excisis, per
quam tali & tessera in tabulam mit-
tebantur, ne ab improba manu jacti,
fallacia & arte quo quis vellet puncto
eos cadere, confisterent. notissimum
Martialis distichon de turricula:

Querit compositos manus improba mitte-
re talos.

Si per me mittit, nil nisi vota facit
& tali & tessera per turriculam mit-
tebantur. hinc *Ἀλέσεισι κύβοι, &*
Ἀλέσεισι ἀσπράγαλοι Græcis. Pollux
inter aleatoria instrumenta recenset,
*Ἀλέσεισιν κύβους, & Ἀλέσεισιν ἀσπρά-
γάλους*, notus & *Æschinidis* locus in ea
κτ' Τί.

ἢ Τιμάρχῃ. καὶ διεῖρηται εἰς τὴν ὀ-
 δὴν ἀσπράγγιλον τε πινῆς Διόσειδος, καὶ
 Φίμῃς καὶ κυβόλυτι καὶ ἔπειτα ὄργανα.
 male ibi vir doctus Διοσκύδους legit.
 movebantur autem & concutieban-
 tur in pyxide vel fritillo priusquam
 mitterentur. inde Διοσκύδους. ratio-
 nem addunt Græci Grammatici: ἵνα
 ἀνακείρηται μῦθον ὄσιν. Græci di-
 cunt κακέρειν τὸ κύβον, quod nos in
 idiomate nostro: piper le dé. pyxidem
 vel turriculam illam qua tesserae in
 tabulam fundebantur. cornetum hodie
 vocamus, quod ex cornu ut pluri-
 mum fiat. veteribus autem etiam ex
 cornu fiebat. Scholiastes Juvenalis:
 Fritillus Pyxis cornea qua Φίμῃς dicitur
 Græce. Pyxides enim dicebantur cu-
 juscunque materiae essent. veteribus
 ex buxo fiebat. Aufonius pyrgum in-
 tellexit his verbis:

— quos precipitante rotatu
 Fundunt excisi per cava buxa gradus.
 πύργον δεξιότερον vocat Agathias, hoc
 est ligneam turriculam. vetus Epigram-
 ma nondum editum ita pyrgum de-
 scribit:
 In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
 Qui vomit internis tesseras gradibus.
 meminit & pyrgi Luxurius in Epi-
 grammate de tablista furioso:
 Effundit tabulam, mensam, subsellia, pyr-
 gum,
 Perditaque harpyæ ara rapit mani-
 bus.

& notandum eos pyrgi tantum men-
 tionem facere, ut & Isidorus qui
 scripsit tabulam ludi solitam pyrgo,
 calculis tesseraisque. eo dico quia
 Græci in tabulae descriptione præter
 pyrgum, etiam psephobolon nomi-
 nant. Johannes Antiochenis cuius
 locum jam supra ante retulimus:
 Διόσκ. Πηφολόν, ἢ τὸ ἐν αὐτῷ περὶ
 κροκίαν τε ἐπὶ τῷ ἄσπρῳ τὸ πλάκων τῶν.
 Διόσκ. δὲ τὸ πύργον τὸ ὑψὸν ἢ ἔργον.
 idem habet Suidas. sed quid sit Πη-
 φολόν, quaeramus: quid illa ἐπὶ
 κροκία, quæ in psephobolo erant.
 non dubium est κροκία tesseras dici.
 grana etiam hodie vocamus. tota res

talaria septem hujuscemodi granis
 constabat, quattuor talis, & tribus tes-
 seris. hæc sunt ἐπὶ κροκία. dixi-
 mus tam talos quam tesseras in pyxi-
 de aliqua lignea moveri concutique
 solitas priusquam super tabulam fun-
 derentur. vasculi id genus, Πηφολόν
 λον vocabant, quod Πηφῃς jactaret,
 & funderet. Πηφῃς enim etiam talos
 tesserasque dixerunt. Eustathius:
 κύβον, πῖσσι Πηφῃς τετρασίμων.
 Agathias: τετραβάδιαις Πηφιδάς, tres
 tesseras vocavit. diversum igitur pse-
 phobolon à pyrgo. sed quare diver-
 sum? nonne eundem usum ac mi-
 nisterium præbebat pyrgus, concu-
 tiendis scilicet, & effundendis talis?
 paucis absolvam te. sciendum est ve-
 teres aliquando ad cavendam impro-
 bi jactus fallaciam, solo pyrgo usos
 esse: aliquando tamen ad majorem,
 si forte, cautionem, & psephobolo,
 & pyrgo. nec enim manu tesseras in
 pyrgum conjiciebant, sed in psepho-
 bolum prius, deinde per psephobo-
 lum in pyrgum mittebant, ut sic ma-
 gis ars & fallacia ingeniosi & impro-
 bi aleatoris in jactando vitaretur. ob-
 servo itaque idem plane factitatum
 in his lusoriis pyrgis, quod in judi-
 cialibus urnis. nec enim manu sua ju-
 dices, calculos quibus suffragia fere-
 bant, in urnam conjicere consueve-
 rant, sed per vasculum oblongum, vi-
 mine textum eos dimittebant in ca-
 discum quasi per colum vel infundi-
 bulum. καδδίσκον dicebatur urna in
 quam immittebantur calculi; κημῆς
 illud vasculum per quod immitte-
 bantur. Hesychius: κημῆς τὸ ἐπιπλέ-
 ρμον τῆς ἰσθμῶν ὑδρία πεπλεγμέ-
 νον πῶμα παρόμοιον χώνη. Pollux
 καδδίσκον μὲν ἐστὶν ἀσπίον ἢ πῆς
 Πηφῃς ἐστραθίστων. κημῆς δὲ δι' ἑκα-
 τήσων αἰ Πηφοί, ἐπιπλέρες τῶ καδ-
 δίσκῳ. ad eundem plane modum in
 re tesserae pyrgus in quem tesserae
 mittebantur; urna vicem obtinebat,
 & in parte alveoli residebat, crebris
 intus gradibus exculptis, per quos
 tesserae resultant, saltitantesque in



tabulam effunderentur. Epigramma vetus:

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit.
vasculum autem illud per quod in pyrgum tesserae coniciebantur, κημός etiam vocabatur, ad similitudinem illius κημῆς, per quem calculi solebant in iudiciales urnas immitti. κημός igitur & ψηφοδόλον idem, utrumque à pyrgo diversum. κημός inter ὄργανα κυβούλικα, Pollux recenset, ut & φημός. nam & κημοί etiam φημοί dicebantur. Etymologicum magnum: φημοί κυβούλικα ὄργανα. φημός ἐστὶν ὁ καλέμενος κημός εἰς ὃν ἐπιβάλλοντο ἀσπράγγαλοι. φημῶν etiam meminit Aeschines inter aleatoria instrumenta. Diphilus apud Harpocrationem:

Ἐλκεσ φημῶν ὡς ἀν ἐπιβάλλῃ.
scripta manu exemplaria ita locum illum Horatii legunt:

Mitteret in phimum talos.
κημός δικαστικός etiam ἡθμός dicebatur. Helychius: χοίνιον ἡθμός, δι' ἃ τὰς ψηφῶν οἱ δικασταὶ εἰς τὰς ὑδρίας κημιῶσιν. camus quoque & phimus aleatorius dicebatur ἡθμός. Agathias:

Τετραθρίας ἀδόκητος βυλῶν ψηφιδεύς ἀπ' ἡθμῆς

Πύργῳ δευρατῆς κλημῶν κούβουδρίας,

Δοῖα κ' ἐξ κ' πέντε κατήρασαν. —
illustris omnino locus, & unice factus ad hanc rem probandam. sed cum in vulgatis corruptissimus circumferretur, nec membranae correctiorem exhiberent, ex conjectura ita emendavimus. legitur hodie,

Ψηφιδεύς δευρατῆς,
nullo sensu. manifesto ἡθμῶν δὲ π' ἢ πύργῳ distinguit: nam ψηφιδεύς hoc est tesseras βάλλειν αἰτ' ἀπ' ἡθμῆς εἰς πύργον. sic ἡθμός & ψηφοδόλον, & κημός & φημός. at πύργῳ aliud. per ἡθμῶν quasi per infundibulum mittebantur in pyrgum tesserae. & ἡθμῶν vocarunt tam δικαστῶν quam κυβούλικῶν, quod similis utriusque

figura esset, & infundibulum uterque referret. nam in summo latus erat, in imo strictus & angustus. Grammatici camum vocant κημοειδῆς πύργῳ κ' ἡθμοειδῆς. perperam legitur κημοειδῆς. Scholiastes Aristophanis: κημός ὁ ἐπὶ τῆς κημοῦ, εἰς ὃν τὰς ψηφῶν κημιῶσιν ἐν τῶν δικαστῶν. Κρατῖν δὲ αὐτὸν ἐν νόμοις κημιῶν ἡθμῶν καλεῖ. τοῦτο δὲ ἐστὶν κ' ἢ πύργῳ κ' ἡθμῶν. talis autem erat κημῶν ut diximus, in summo patens, in imo angusta. Alexander Aphrodisias: κημῶν δὲ πέντε ἀνομιῶν δὲ τὸ ἀνωθεν ἢ εἰς ἄλλο, κημιῶν δὲ πέντε ἄσπερ κημιῶν. colum & imum vocat veteris auctor epigrammatis nondum editi, τ' ἡθμῶν κ' τ' πύργῳ.

de tabula:

Contorquet varios alternans tessera missus,

Fataque ludentium colus & urna probant.

sed minime dissimulandum est in antiquo exemplari scriptum esse, colus & ima probant. quod temere mutandum non est. nam & collis in tabula mentionem facit vetus cento ἀνέκδοτος de alea,

Quae loca, quaeve habeant gentes, ubi sistere detur.

In summo collem qui plurimus, alter ab illo

Est locus.

quae ima dicuntur auctori veteris Epigrammatis, cento ille imum fundum appellat:

Ossa minuta in fundo volvantur in imo.

& alio loco:

Terna tibi haec primum fundo volvantur in imo.

imum tabula fundum, nisi fallor, intelligit. per collem autem pyrgum. nam πύργῳ in tabula τὸ ὑψος & ἔργον significare tradunt, qui hunc ludum ἀλληγοῦσι. per ima vel imum fundum, & per collem fata ludentium probari dixit, quae per pyrgum, & tabulam probabantur. de pyrgo enim in tabulam jaciebantur tesserae, in quibus ludentium fata consistebant. ceterum

terum plexique, ut jam supra observavi, camum illum vel phimum, vel infundibulum in jactandis tesseris non usurpabant, sed solo pyrgo utebantur. & videtur ad solam jactandi commoditatem & facilitatem usitatus fuisse camus: ut enim lato & hianti ore patebat, facilius tesseras recipiebat, quæ inde quasi per infundibulum in pyrgum cadebant, mox è pyrgo concussa & agitata super tabulam mittebantur. sed nimia etiam fortasse in hoc morositas. ideo solum pyrgum multi adhibebant ad tesseras mittendas. sed & simum, & camum, & pyrgum, & psephobolum nonnulli etiam confundunt. pyrgum porro Latini etiam *fritillum* dixerunt. falluntur enim qui à pyrgo distinguunt. sed illi maxime, qui pro tabula lusoria accipiunt. quo in errore video esse etiam doctissimos hujus ætatis viros. sed eos præter *ῥέσσις* auctorum etiam vocis ipsius erymon satis revincit. Juvenalis

— parvoque eadem movet arma fritillo.

ubi tamen vetus interpres videtur fritillum, & pyxidem & camum idem facere, & à pyrgo distinguere. locum ipsum vide. arma aleatorum sunt tessera, quæ fritillo moventur, & agitantur priusquam jaciantur. arma etiam vocat Epigramma vetus, de ebore:

Consulibus sceptrum, mensis decus, arma tablistis,

Discolor & tabulae calculus inde datur.

concutiebantur igitur, & mittebantur fritillo tessera. Seneca:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,

Utraque subducto fugiebat tessera fundo. idem ibidem:

Qui concusso
Magna paratis
Lucra fritillo.

fritillum juxta vocabuli veriloquium est *ῥέσις* pro *ῥέσις*. *fritinnus* vetus vox est, quæ motitationem, & subsultationem cum sono significat. inde verbum *fritinnire* apud Nonium, quod

ipse exponit, *subsilire cum sono, vel erigi & exsilire. fritinnus pro fritinnitu, vel fritinnitione. sic hinnus pro hinnitu. vetus auctor: avium narrationes, & equorum hinnos discibat. sic fremus pro fremitus in veteribus Glossis fremus, ῥέσις. à fritinnus igitur diminutivum fritillus. ut vinnus, villus: vannus, vallus: cinnus, cillus: pufinnus, pufillus. vetus auctor:*

Crudum manduces Priamum, Priamique pufinnos.

hinc *fritillum* instrumentum vel vasculum in quo tesserae fritinnunt, & cum sono subsiliunt, concussa que agitantur. nihil verius. *fritillum* ῥέσις interpretantur optimæ Glossæ. à fritillum, verbum *fritillare*, quo etiam hodie utimur, pro eo quod dicebant veteres *fringuire*, & *fritinnire*, cum motu scilicet, & sono subsilire, & crebra spissaque agitatione concuti. de fritillo & pyrgo rem peregrinus, ad calculos pergamus. Calculis tabula ludebatur triginta, quindecim nigris, & quindecim albis: vel albis totidem, totidemque rubeis. eundem hodieque numerum servamus, & eosdem colores. cento de alea:

Triginta magnos, adversosque orbibus orbibus.

eleganter sic calculos expressit. de nigris & albis Petronius: *sequebatur puer cum tabula terebinthina, & crystallinis tesseris, notarique rem omnium delicatissimam. pro calculis enim albis, aut nigris, aureos argenteosque habebat denarios. in ludo etiam latruncolorum, nigri & albi calculi. auctor Panegyrici in Pisonem:*

Ut niveus nigrus, aut ut niger alliget albus.

aliquando tamen pro nigris rubei cum albis componebantur. Epigramma vetus:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat:

Decertantque simul candidus, atque rubens.

male hodie legitur, & corrupte: *candidus atque prevenus. legebam aliquando, atque reus, & reum pro nigro accipie-*

icipiebam. sed vetus & optimus liber docuit me corrigendum esse, *rubens*. aliud epigramma ἀνεκδοτόν.

Ludentum vario exercentur praelia fato,

Russus an nitidus premia sorte ferat.
item in alio nondum edito:

Namque acie aequali concurret ruffeus albo,

Ut gravibus damnis se demet alteruter.

in tabula Zenonis quam describit Agathias, nigri cum albis certabant:

Αὐτὰρ αἰεὶ λαοκρίο λαχὼν σημήϊα
πείσθ.

idem de nigro:

Ἀλλὰ μέλας διοςὰς μὲν ἐν ὀγδοάτῳ
λίπε χόρῳ.

sed de calculis satis, ad tesserarum veniamus. in numero tesserarum quibus in tabula cum calculis ludebatur, non semel variatum esse comperi apud veteres. antiquissimi tribus tesseris utebantur, media ætas duabus tantum usâ est. posterius ævum ad tres rediit. nunc vero duæ tantum ad hunc lusum usurpantur. Grammatici in expositione illius proverbii, ἢ τρεῖς ἐξ, ἢ τρεῖς κύβοι, norant antiquos tribus usos esse tesseris: πέντε γὰρ, inquit, τρεσὶν ἐχρῶντο πρὸς τοὺς παιδικὰς κύβοις, ἔχ' ὡς οἱ νῦν δύο. temporibus Senecæ duæ tantum tessera in usu fuerit. sic enim ille in ἀποκροκωθώσῃ.

*Nam quoties missuruserat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.*

nec atate Euripidis plures jactabantur. nam Achillem duabus tesseris ludentem inducebat in tragœdia Telepho, è qua versum hunc citant Grammatici veteres:

Βέβληκ' Ἀχιλλεύς δύο κύβῳ καὶ
τέσσαρα.

observant iidem Euripidem in Ἀγασκιδῆ illius tragœdiæ, πετρίων ex ea sustulisse, & versum illum expunxisse. Zenobius:

Βέβληκ' Ἀχιλλεύς δύο κύβῳ καὶ
τέσσαρα.

τὸν Εὐριπίδης ἐστὶ καὶ Ἀριστοτέλης δὲ
Φησὶν ὅτι Εὐριπίδης διορθῶν τὴν Τηλέ-

φον ἐξείλε τὴν πετρίων. quæ verba sic reddidit nuperus interpres Zenobii, vir doctissimus: Ὁ Ἀριστοτέλης referet, Euripidum Telephum reprehendens calculorum evertisse ludum. nec cœlum nec terram tangit ista interpretatio. dormiebat, quum hæc scriberet. sed si vigilabat, mallet dormivisset. dixerat Aristoxenus Euripidem, quum novam Telephum daret, totum illud ἐπεισόδιον quo heroas tesseris ludentes in priore produxerat, sustulisse. διορθῶν Τηλέφου, est corrigens & emendans tragœdiam Telephum. vide Eustath. Iliad. π. ex illo autem versu cujus auctoris sit, nam de eo inter veteres Criticos dubitatur, constat illo in tempore duas tantum tesserarum fuisse usitatas: Jecit, inquit, Achilles duo puncta & quatuor. ita enim vertendus erat ille versus, quem viri doctissimi imperitissime reddiderunt hoc modo: *Two Achilles quatuorque tesserarum jecit.* non ille duas, & quatuor tesserarum jecit, sed duabus jactis tesseris, duo & quatuor attulit puncta. mos enim erat aleatoribus, quum duas tesserarum jacerent, earum puncta sic designare: *duo, & quatuor: tria, & quatuor: quatuor, & sex.* quod etiam hodieque in more habent. Aristophanis interpres: *ἔθ' δὲ κύβους ἔτα λέγειν, β. δ. γ. s.* ita distinguendam est. male vulgo scribitur: *β. γ. s.* fefellit eruditissimos homines ἰσχυρμία vocis κύβου, quæ apud Græcos non tessera tantum significat, sed etiam punctum tesserae & unitas. Latini vero nusquam tesserarum punctis posuerunt. eundem errorem erraverunt, & in illo proverbio cujus supra mentionem fecimus, ἢ τρεῖς ἐξ, ἢ τρεῖς κύβοι, sic enim verterunt, *aut ter sex, aut tres tali.* imperitissime. ita debuerunt: *aut ter sex, aut tria puncta.* κύβου punctum tesserae significat, τὴν μνησίδα. Zenobius parœmiam illam explicans: *τὸ μὲν τρεῖς ἐξ τῶν πετρίων τίκτω δηλοῖ. τὸ δὲ τρεῖς κύβοι, τὴν ἡλίαν.*

ἴτων. πάλαι γὰρ τρισὶν ἐχρῶντο ὡς τρεῖς
 παῖς παιδίας κύβοις, ἔχ' ὡς οἰνοῦ δύο.
 ἐστὶ δὲ ὁμωνυμία. κύβον γὰρ ἔλεγον
 ἰδίως αὐτὸ τὸ ῥιπίβητον ὅτε πλήρης
 ἐστὶ καὶ μή. hæc Zenobii verba partim
 mutila partim corrupta sunt, ab in-
 terpretibus vero nullo modo intelle-
 cta. observat Zenobius antiquos tri-
 bus tesseraς ufos esse, idque colligit
 ex antiquo proverbio quod ita concipi-
 ebatur, ἢ τρεῖς ἐξ, ἢ τρεῖς κύβοι.
 in quo explicando dicit, τρεῖς ἐξ κύ-
 βος victori assignari, τρεῖς κύβος
 victo. & notat idem in ea voce κύ-
 βος ὁμωνυμία esse. ὁμωνυμία,
 quam intelligit, hæc est: κύβος
 & tessera Græcis significabat, &
 tessera punctum vel unionem. τρεῖς
 κύβοι igitur in illo proverbio, non sunt
 tres tesseraς, sed tres uniones vel tria
 puncta: τρεῖς ἐξ κύβοι, ter sex puncta,
 vel ter sex uniones. in trium
 tesseraꝝ jactu, qui ter sex puncta
 afferebat, felicissime jecerat, nec e-
 nim plus poterat afferre. ideoque fa-
 cile is vincebat omnes, & omnia
 auferebat in eo lusu, quem πλειστο-
 βολίδα vocabant: qui plura enim
 puncta attulisset, abibat victor. at
 qui tria tantum puncta ceciderant,
 infelicissimum jactum faciebat, ideo-
 que certissime perdebat. non erat
 enim qui posset inferius punctum ad-
 ducere. verba autem Zenobii quæ
 corruptissima, ita corrigenda certo
 pronunciamus: ἐστὶ δὲ ὁμωνυμία.
 κύβον γὰρ ἔλεγον διχῶς. αὐτὸ τὸ ῥιπίβη-
 τόν, καὶ ὁ πλῆρες ἐστὶ καὶ μή. duplici
 sensu κύβον dixerunt Græci. αὐτὸ τὸ
 ῥιπίβητον, tessera ipsam nimirum
 quæ jacitur, & quod in tessera ple-
 num & vacuum est, hoc est τὸ βόλον.
 veteres latus tesseraꝝ in quo unitas
 tantum erat notata, vel unicum pun-
 ctum, vacuum appellarunt: illud ve-
 ro quod sex puncta habebat, plenum.
 in ea parœmia quam Zenobius expo-
 nit, τρεῖς κύβοι, sunt tria latera trium
 tesseraꝝ vacua, quæ tota tria late-
 ra, tria tantum puncta exhibent. at
 τρεῖς ἐξ κύβοι, sunt tria latera plena

in tribus tesseraς, quæ ter sex unio-
 nes ostendunt. Hefychius: οἴνη ἢ
 ἀμπέλῳ καὶ κύβου πικρὸς βόλον; ὁ
 κενὸς καὶ ἀντικείμενον τῷ ἐξ. melio-
 rem interpretem, quam hunc Hefy-
 chium Zenobio dare non poterant.
 οἴνη unionem significat, τὴν μονάδα.
 hunc κενὸν βόλον vocabant. & contra-
 rius erat τῷ ἐξ, quem πλῆρη dice-
 bant. corrupte tamen hodie apud
 Hefychium excusum est, ὁ κενὸς καὶ
 ἀντικείμενον τῷ ἐξ. κύβος igitur
 & tessera significabat, & unionem.
 Eustathius: διχῶς γὰρ ὁ κύβος αὐτό
 τε τὸ ἀναρριπίβητον, καὶ ἢ ἐν αὐτῷ
 μονάδα. μονάδα illam etiam οἴνω
 dicebant, & κενὸν βόλον, ut ex He-
 fychio didicimus. ideo Iones pro-
 verbium illud, ἢ τρεῖς ἐξ ἢ τρεῖς κύ-
 βοι, ita efferebant, ἢ τρεῖς ἐξ, ἢ
 τρεῖς οἴνας. Zenobius postquam di-
 xit κύβον etiam significare τὸ πλῆρες
 καὶ τὸ κενὸν tesseraꝝ, addit: τρεῖς δὲ κύ-
 βος τρεῖς πικρὸς οἶνον καλεῖσιν οἴ-
 νας, καὶ τὴν παρασκευάσαντος ἐκφέ-
 ρουσι, ἢ τρεῖς ἐξ ἢ τρεῖς οἴνας. cor-
 ruptissime legas hodie apud Zeno-
 bium, καλεῖσιν οἴνας, & τρεῖς οἴνας.
 corrigendus & in hac voce Pollux
 lib. ix. cap. vii. ἴστέον δὲ ὅτι κύβος
 αὐτὸ τε τὸ βασιλόμυρον καλεῖται, καὶ
 ἢ ἐν αὐτῷ κριλότης, ὁ τύπος, ἢ
 γραμμὴ, τὸ δηλοῦν τὸ ἀεὶ μὲν τὸ βλα-
 θεῖντων: καὶ μάλιστα ἢ γε μονάδα ἢ παρα-
 ἴωσιν οἴνη, εἴη καλεῖσθαι κύβος, κα-
 θεῖσθαι καὶ ὁ παρασκευάσθαι λόγῳ
 μιλύειν εἰσικεν, ἢ τρεῖς ἐξ ἢ τρεῖς κύ-
 βοι. ita partim ex veteris exemplaris
 auctoritate, partim ex conjectura
 restituiimus. asini sunt qui ὄνῳ ibi
 pro οἴνη legunt ac defendunt. idem
 Pollux lib. vii. cap. xxxiii. Χῖος ὄν
 καὶ Κῖον ἐκάλειν καὶ οἶνον καὶ οἴνω. ἐστὶ
 δὲ ὁ οἴνη ὡς τῷ οἴνω ἴωσι μονάδα per-
 peram editum est apud Pollucem:
 ὡς τῷ οἴνω ἴωσι μονάδα. οἴνη antiquæ
 Græciæ vox quæ idem valebat quod
 μονάδα. οἶνος quoque idem quod μόν-
 ος. hinc Latinorum *unus*. nam ve-
 teres

teres *αἰνος*, & *οἶνος* scribebant & pronuntiabant. ut *αἰος*, *αἰο*, & similia. hinc in veteri Scipionis inscriptione Romæ nuper effossa, *οἶνο* scribitur pro *uno*.

HONC OINO PLOIRVME CONSENTIONT. R. DVONORO,
OPTIMO FVISE VIRO.

ab illo antiquo *οἶνος* verbum *οἰνίζεῖν*, τὸ *μηνάζεῖν*. Hefychius: *οἰνίζεῖν τὸ μηνάζεῖν κτ' γλώσσῳ*. *οἶνη* igitur apud Iones in talorum lusu idem plane erat, quod apud Latinos *unio*. in tessleris *οἶνη*, τὴν *μηνάδα* significat, & punctum unicum. *οἶνη*, *μηνάς*, *κχιλότης*, *σημείον*, *τύπῳ*, *ζαμμή*, *κύβῳ*, *τρύπημα*, & *τρήμα*, in tessleris synonymæ sunt voces, quibus tessleratum puncta designantur. *τρήμα* enim Græci vocabant, & Latini puncta. quare in illo versu Euripidis, quem superius adduximus,

Βέβληκ' Ἀχιλλεύς δύο κύβῳ ἑ
τίτῳρα,

non *αἶος* τῆς *κύβης* refertur, sed *αἶος* τὸ *σημεινόμενον*, ad *τρήμα*. *τρήμα* enim, & *κύβῳ* idem. punctum nimirum tessleræ. hinc *τρημαλίζεῖν* apud Dores punctis ludere, & *τρημαλίζεῖν*, lusores. quod de illo genere alexæ proprie dicebatur quo in singula puncta certam pecuniæ summam constituiebant, & in medium conferebant, isque eam tollebat uniuersam qui multitudine punctorum superasset. Eustathius: *καθ' ἐκαστον κύβον, ἤγαν καθ' ἐκαστὴν μηνάδα ἐπαιζόν δρογόμεον ὀρίσασθαι*. hoc proprie *τρημαλίζεῖν* dicebatur, hoc est in punctum ludere, ut loquitur Suetonius in Nerone. Sophron apud Eustathium: *δειπνήσας ὡσί(ς) τοῖς τρημαλίζόντεσσι*. inde nomen *τρημαλίζεῖς*. Dores enim *τρημαλίζω* dicebant, & *τρημαλίζω*, δὲ τὸ *τρημαλίζω*. atque inde *τρημαλίζεῖς* pro *τρημαλίζεῖς*. ut *σσελπικίης* δὲ τὸ *σσελπίζω*. Pollux: *ὡς δὲ τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ταύτη τῇ παιδιᾷ χεῖρα*.

ἰσοὶ τρημαλίζεῖν τὴν *αἰοσημαλίζεῖν* ἔχον, & τὸ πρῶτον *τρημαλίζεῖν*. *πεπεραμ* apud Pollucem, *τρημαλίζεῖν*. Hefychius: *τρημαλίζεῖς, κύβῳ τοῖς δὲ τὸ ἐν κύβοις τρημαλίζεῖν*. male in Hefychio legitur: *τρημαλίζεῖς*, *τρημαλίζεῖς* habet Eustathius, quod caret ratione. nec enim δὲ τρημαλίζεῖν deduci queat *τρημαλίζεῖν*. *ὡσεισοδολινδα* hanc alexam vocabant, & nihil ad nostram hanc pertinet, qua in tabula cum calculis luditur, Græci autem *τρήμα*, Latini puncta appellant. Ausonius:

*Narrantem fido per singula puncta
recurso*

*Quæ data per longas, quæ reuocata
moras.*

*Luxurius in epigrammate de tablis
Ludit cum multis Varanus, sed ludere
nescit,*

*Et putat imperio currere puncta sua,
vetus aliud epigramma de tabula
nondum editum:*

*Aduersis punctis dictum se nemo
satur.*

*Vulnera plus crescunt punctis, quam
bella sagittis.*

puncta etiam hodie vocamus. quam Græci autem *οἰνῶ* in tessleris appellant, nos *ασσῆ* dicimus, hoc est unionem, τὴν *μηνάδα*. *ασσῆ* quoque pro *uno* vel unitate dixerunt Latini veteres. *adjecto asse* apud Vitruvium pro adjecta unitate. & apud Hyginum, *accepto asse* pro accepta unitate. *ασσῆ relinquo*, pro unitatem relinquo. in Gromatico: *omnis trigonus duobus, ὅστις accepto asse facit quadratum: cuius latus demitto, assem relinquo, sumo partem dimidiam, facit trigonum*. Glossæ: *as, ἀπασῆ*. *ασσῆ*: *μνημαλίζεῖς*, hanc vocem à Siculis vel Tarantinis Romani veteres sumpserunt. *εἰς*, quod est unus, Siculi dicebant *εἰς*, ut *εἰ* pro *εἰ*: *αἰς* pro *εἰς*, & similia. Tarentini pro *εἰς* rursus dicebant *αἰς*, ut *αἰνῆμα* pro *αἰνῆμα*. inde *as* pro *uno* Latinis. Tessleræ quoque vocabulum ab iisdem accepere Romani, *πεσάρω* vel *πεσάρω* illi vocabant.

ignobilis scurra, Ave (inquit) *Auguste*. Allataque lana purpurea, ¹ humeris ejus junxit, eumque adoravit: timor inde consciorum, atque inde jam exercitus tentatio & imperii. Non nihilum tamen Gallis profuit. ² Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dice-

cabant figuram quamvis quadratam, quæ quattuor angulos haberet. hinc Latinis tessera, & tessella lapillus quadratus, & κῦβος, quem sciunt omnes esse quadratum. Isidorus: tessera, quadris. τεσσαρά, tessera. ut παύση, patena. Sed ut eo redeamus unde sumus digressi, tres tessera veteribus erant in usu, & in lusu, ut supra ostendimus. postea duæ tantum cœperunt usurpari. tres deinde relumpfit inferior ætas. Isidorus de tabula: nam tribus tesseras ludere perhibent, propter tria tempora præterita, præsentia & futura, quia non stant, sed decurrunt. Agathias in tabulam Zenonis, trium tesserarum meminit:

Τριχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν ψηφίδας ἀπ' ἡθυσθ,

Πύργος δὲ ῥαγίης κλίμακι κούρουίνας.

hodie vero duabus utimur in hoc tabulæ lusu. sed manum tandem de tabula, quod ajunt, jam satis lufimus.

CASAUBONUS.

¹ Humeris ejus junxit.] Melius scripta lectio, ingessit.

² Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloria splendore contrivit, n.] Errat Vopiscus: jam enim multo ante & Alamannorum nomen Romanis cognitum fuerat, & Caracallo de ea gente victa partum Alamannici cognomen. auctor Spartianus in vita & Aurelius Victor: cuius verba sunt: Alamannos gentem populosam, ex equo mirifice pugnantem, prope Mœnum amnem devicit. quo tempore autem Vopiscus hæc scribebat, notissimi erant. Arnobius æqualis scriptor, aut natu non multo grandior: Si

Alamannos, Persas, Scythas, idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degenerent in eorum gentibus Christiani. nihil enim mutandum in hoc Arnobii loco: secus quam eruditi viri putarunt.

GRUTERUS.

¹ Humeris ejus ingessit.] Est à scriptis Gall. vulgg. junxit. Palat. vinxit. fortasse injecit.

SALMASIUS.

² Nam Alemannos qui tunc adhuc Germani dicebantur.] Errare Vopiscum afferit Casaubonus: jam enim multo ante Romanis cognitum fuisse Alamannorum nomen, & Caracallo de ea gente victa partum cognomen. immo non errat Vopiscus, sed ipse qui eum errare dicit vir doctissimus, non mediocriter errat. multo sane ante Proculum de nomine cogniti fuere Romanis Alamanni, sed pro certa duntaxat Germanorum gente, non pro totis Germanis, quemadmodum jam accipiebantur Vopiscæ ætate, & nunc quoque adhuc accipiuntur. Alamanni qui dicebantur Caracalli temporibus, gens erat Germaniæ populosa, ut scribit Aurelius Victor, & ex equo mirifice pugnans, quos cum devicisset prope Mœnum Caracallus, Alamannici cognomen assumpsit. hi Alamanni postea toti Germaniæ nomen dedere, quæ ab illis Alamannia dicta est, & etiam nunc ita dicitur. quo tempore sumpsit imperium Proculus, Germani nondum dicebantur Alamanni, ut scribit heic Vopiscus, qui sua ætate jam hoc obtinuisse refert, ut Germani Alamanni vocarentur. non multo ante Vopiscæ tempora id apparet factum, ut Germania concesserit in

dicebantur, non sine gloriæ splendore contrivit, nunquam aliter quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit & interemit. Posterius ejus etiam nunc apud Albingaunos agunt, qui joco solent dicere sibi non placere esse vel principes vel latrones. Hæc digna memoratu de Proculo didicisse memini. Veniamus ad Bonosum, de quo multo minora condidi.

B O N O S U S.

³ **B**ONOSUS domo Hispaniensis fuit, origine Britannus: ⁴ Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris

Alamanniæ nomen, quandoquidem ut annotat heic Vopiscus, Proculi ætate, hoc est sub Probo, Germani adhuc dicebantur Germani, & nondum in Alamannorum nomen transierant. Arnobius, qui eadem qua Vopiscus ætate vixit & scripsit, Alamannos nominans, non de certa Germaniæ gente intellexit, sed de Germanis ipsis, quos Alamannos vocat, quia jam ita dicebantur illo in ævo: *Si Alamannos, Persas, Scythas idcirco voluerunt devinci, quod habitarent & degerent in eorum finibus Christiani.*

GASAUBONUS.

¹ Quibus familiare est ridendo fidem frangere.] Procopius Gotthiæcorum secundo, idem de eadem gente: *ἔστι γένος τὸ τῆς γῆς πρὸς τὸν ὄρειον ἀνθρώπων ἀπειρῶτον:* & aliquanto post in eam sententiam plura. Salvianus De providentia Dei lib. vii. Gothorum gens perfida, sed pudica est; Alanorum impudica, sed minus perfida: Franci mendaces, sed hospitales: Saxones crudelitate efferi, sed castitate venerandi. meminit & lib. iv.

² De quo multo minora condidi.] Non male Jacobus Læxtius, condidici.

³ Bonosus homo Hisp.] Scribe, B. domo Hisp. è membran. pro Hispaniensis, quidam veteres, Carthaginiensis non infrequens eo seculo nomen Bonosus: quod Barbarum non est, sed Latinum. nam ut à canus fecerunt canosus, quo usus Valerianus Augustus in epistola ad Probum; sic à bonus, novum nomen ea ætas fecit bonosus. Bonosi cujusdam mentio habetur in epistola Hieronymi ad Chromatium: Bonosi episcopi in lxxxix. Ambrosii in antiquis inscriptionibus BONOSUS invenies & BONOSA.

⁴ Galla tamen matre, ut ipse dicebat, rh.] Corrupta distinctio: tu interpunge: origine Britannus, Galla tamen matre: ut ipse dicebat, rhetoris filius; ut ab aliis didici, pedagogi literarii.

GRUTERUS.

³ Bonosus domo Hispaniensis, fuit origine.] Sic etiam longe melius Palquam vulgg. Bonosus homo Hispaniensis fuit origine Brit.

SALMASIUS.

³ Bonosus domo Hispaniensis.] Bonosus

toris filius; ut ab aliis comperi, pædagogi literarii. parvulus patrem amisit, atque à matre fortissima educatus, ¹ literarum nihil didicit. ² Militavit primum inter

suu nomen proprium, & Romanum. Bonus, & bonofus; malus & malosus: ut canus, & canofus. ita enim illa atas loquebatur. Valerianus in epistola ad Probum: *mibi autem eo tempore credita est, quo & me canosum qui credebatur, cum gratulatione vidit. sic veteres dubiosum, & sincerosum dixerunt. sic malignosum pro malignus.* Glossæ: *malignosus, κακὸς ὄρατος*. aliæ: *κακὸς ὄρατος, malignosus.* lege, *malignosus*. hinc bonofus à bonus. & Bonofus nomen proprium. Bonofi cujusdam scholastici hæc acute dicta in veteri exemplari repperi. de incestu: *incestum si promiseris, petii. si negaveris, tu petisti.* de funambulo: *vidi hominem pendere cum via, cui latior erat planta quam semita.* hæc Bonoso attribuebantur in antiquo libro. multi alii Bonofi occurrunt, in veterum scriptis.

CASAUBONUS.

¹ Literarum nihil didicit.] Suspiciatur non abs re eruditissimus Letæus, scribendum potius, *nonnihil.*

SALMASIUS.

² Militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: ordines duxit, tribunatus egit.] Quinam sunt isti ordinarii inter quos prima stipendia fecit Bonofus? non enim, ut puto sic vocat ordinum ductores. atqui vulgo ita dicebantur. ordinarius proprie est ordinum ductor. *ταξιάρχος* Græci vocant. ordinarium manipulem eum, qui infimi esset ordinis, appellatum credidisse quosdam scribit Festus. ordinarius etiam dicebatur, qui in ordine merebat, miles gregarius. Cato in ea contra Thermum, quam de suis virtutibus scripserat, *quid mihi fiet, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissim semper?* qui stipendia in ordine meret, ordinarius. Frontinus

lib. iv. Stratag. cap. i. Q. Metellus Cos. *quamvis nulla lege impediretur quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere. militem in legione idem vocat paulo post eum qui in ordine merebat: L. Rutilius Cos. cum secundum leges in contubernio filium posset habere, in legione militem fecit. an ordinarii hoc sensu heic accipiendi pro militibus legionariis, & iis qui in ordine merebant? inter istos igitur ordinarios in militia legionaria stipendia prima Bonoso fuerunt, deinde inter equites militavit. ordinarii aliter sumuntur apud Vegetium. nam ordinarios dictos fuisse vult, qui prima in acie pugnarent, primosque in prælio ordines ducerent, & eos esse qui antea principes vocabantur. lib. ii. cap. xv. sed ante signa & circa signa, necnon etiam in prima acie dimicantes, principes vocabantur, hoc est ordinarii, ceterique principales. Olim & libera stante rep. sic acies ordinabantur, ut primi hastati pugnarent, deinde principes, postremo loco triarii. verum mutata postea ferme in totum militia ratione, principes dicti sunt, qui in prima acie pugnam capefferent, quo nomine primi ordines, vel primorum ordinum ductores, hoc est ordinarii intelligebantur. quinam principes vocarentur alio loco ostendit idem Vegetius: *instructionis lex est ut primo in ordine exercitati, & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabant.* atque hi sunt principes, quos ordinarios supra appellavit idem auctor, veteres nempe & exercitati milites, qui in prælio, quia primi erant, primos ordines ducebant. vix dubitem ordinarios istos fuisse qui ante evocati dicebantur. milites erant veteres, & qui è militia jam exierant, sed ad eam sponte revocabantur, ordinum*

& præ-

& præmiorum spe. *ταξιαρχοι*, ordinarii in Glossis exponuntur. eadem & evocatum *ταξιαρχον* interpretantur. ordinarios à centurionibus separat Capitolinus in Clodio Albino: nam sepe ordinarios & centuriones, ubi causa qualitas non postulabat, in crucem sustulit. sic passim apud veteres à centurionibus evocati separantur. Cæsar: & provata parte centurionibus evocatisque. & lib. III. civilis belli: ex Pompejanis cecidisse reperiebamus centuriones, & evocatos complures. ordinarios etiam distinguit Vegetius à centurionibus. centuriones non erant isti evocati, sed pro centurionibus, & vitem centurionum insigne gestabant. hi ordinarii certo numero in legione militabant, & ordinarii legionis dicebantur. mentio in veteribus saxis *ordinariorum legionis*. Vegetius lib. II. cap. VII. *ordinarii dicuntur, qui in prælio quia primi sunt, primos ordines ducunt. Augustales appellantur qui ab Augusto ordinariis juncti sunt. Flaviales item tanquam secundi Augustales, à divo Vespasiano legionibus sunt additi. Augustales illos ab Augusto ordinariis junctos, puto eosdem esse qui evocati Augusti passim vocantur in veterum libris, & antiquis saxeis monumentis. Dio de evocatis Augusti: *ἡ εἰσι ἡν ἔνυ σὺνημα ἰδιον παρόδης φέροντες ὡσπερ οἱ ἐνὸς ἑνταρχοι*. evocati ordinarii que passim, ut jam ante terigimus, à centurionibus apud auctores separantur. centuriones enim non erant, sed cum præliandum esset, & ad manus veniendum, cum acies ordinabatur, ordines ducendos accipiebant. hinc *ordinarios* interpretatur Vegetius qui in prælio primos ordines ducebant: extra prælium igitur non ducebant. quod valde observandum est. atque hanc causam esse puto discriminis & differentiam quam statuunt auctores inter ordinarios sive ordinum ductores, & centuriones. Capitolinus in Maximino: *Hic diu sub Caracallo ordines duxit, centuriatus & ceteras militares dignitates sepe tractavit.**

alibi idem centuriones ab ordinariis distinxit, ut superius retuli. & hanc rationem nunc probo præ illa quam ad Capitolini locum adduximus. sed exemplo, quod diximus adjuvemus. prima legionis cohors, decem centurias habebat, & decem centuriones. singulis enim centuriis suis centuriones præerant, quos posterior ætas centenarios dixit. ab hac prima cohorte, cum pugnandum erat, prima acies incipiebat ordinari. in illa prima acie primipilus non unam tantum centuriam, sed quattuor gubernabat & aquila præerat, ut refert Vegetius. primus hastatus duas, & princeps unam & semis secundum eundem Vegetium. primi ordines hi olim dicebantur, & primorum ordinum ductores, & principes centurionum. primos illos ordines à centurionibus distinguit Frontinus l. I. c. X. *Imperavit tribunis, & primis ordinibus, & centurionibus*. hi primi ordines in prima acie pugnabant. Seneca: *quo quisque genere honestior, summi patrimonio est, hoc se fortius gerat, memorem in prima acie altos ordines stare.* & de Tranq. c. III. *quid si militare nolle nisi imperator & Tribunus, etiam si alii primam aciem tenebunt, te fors inter gregarios posuit? sciendum enim est præfectos castrorum, & tribunos, & centurionum primos, quos altos vocat ordines Seneca, ante aquilam in prælio stetisse, & in prima acie pugnasse: ceteros vero centuriones, juxta suam quemque centuriam. singuli enim centuriones suas gubernabant centurias. evocati etiam in illa prima acie, & circa signa pugnabant, & reliqua principia, ut vocabant, legionis. inter principia enim erant Tribuni, erant principes centurionum, & evocati. hi etiam principales milites audiebant, & vertices castrorum & capita. qui in aliquo gradu ac dignitate militabant, & à gregariis distinguebantur, ita vocati consueverant. Vegetius: *antiqua ordinatione legionis exposita, principium militum, & ut proprio utar vocabulo, principiorum**

*lipiorum nomina & dignitates secundum
 presentes matriculas indicabo.* plura de
 his non addam quæ à doctis homini-
 bus diligentissime observata, & tra-
 ctata sunt. sed illud ab iisdem mini-
 me animadversum, Vegetium prin-
 cipes, qui olim dicebantur, & prin-
 cipia legionum confundere. apud vete-
 res hic erat ordo instruendæ aciei:
 primo loco hastati, secundo prin-
 cipes, postremo triarii collocabantur.
 hæc ratio exercitus in pugnam ordi-
 nandi per hastatos, principes & tria-
 rios, imperatorum ævo penitus ab-
 usu recessit, & abolita est: retenta
 tamen nomina sunt dignitatum pri-
 mi hastati, primi principis, & prin-
 cipii. hi inter primos ordines erant,
 & principia legionis, & cum tribu-
 nis, aliisque capitibus in prima acie,
 & circa signa pugnare soliti erant, sub
 imperatoribus. hinc altos ordines
 primam aciem habere scripsit Seneca.
 at Vegetius principes illos qui in se-
 cunda acie apud veteres ordinari con-
 sueverant, in primam aciem trans-
 duxit, & eos cum principiis & prin-
 cipalibus militibus confudit, qui in
 prima acie pugnabant. inde est quod
 principes, ordinarios interpretatur,
 eosque cum ceteris militibus prin-
 cipalibus, ante & circa signa, & in
 prima acie dimicasse scribit. sane in-
 ter principia fuere ordinarii, sive or-
 dinum ductores, & evocati cum tri-
 bunis, & aliis legionum verticibus,
 ac in prima acie collocabantur, sub
 imperatoribus. sed eo tempore nul-
 la jam amplius memoria extabat ha-
 statorum, principum & triariorum
 in re militari, & per illos ordines
 acies instrui pridem desierant. præ-
 terea quo tempore ira solebant in-
 strui, principes non in prima acie,
 sed in secunda ordinabantur. prin-
 cipia legionum, erant principales mi-
 lites, ut tribuni, primi centuriones,
 ordinarii & evocati. atque hi semper
 in prima acie dimicabant, sub impe-
 ratorum ævo. at principes apud ve-
 teres ordo militum erat, qui semper
 in secunda acie collocabatur post ha-

statos, & ante triarios. quorum pri-
 mus centurio, primus princeps di-
 cebatur; ut primus hastatorum, *pri-
 mus hastatus*: & primus triariorum,
primus pilus. abolitis autem hastato-
 rum, & principum & triariorum or-
 dinibus, remanserunt hæ dignitates
 in legione. in locum triariorum suc-
 cesserunt vexillarii legionum, qui
 totidem in legione numero erant,
 quot triarii prius, de quibus nos su-
 pra. principes, quales veteribus cog-
 niti erant, pro secundo militum ordi-
 ne, cum principiis legionum con-
 fudisse Vegetium etiam ex eo pater,
 quod principes illos, principia legio-
 num vocat lib. i. cap. xx. de veliti-
 bus loquens: *nec erant admodum multi
 qui cedentes, si praelii necessitas compulsi-
 set, inter principia legionum recipi sole-
 bant, ita ut acies immota consisteret.* prin-
 cipes autem in veteri militia, non
 illi dicebantur, qui primo loco pug-
 narent, nam semper in secunda acie
 instruebantur, sed quod ætate flo-
 rentes essent, & solido robore fir-
 matas vires possiderent. hastati juve-
 nes & adolescentes erant, primam-
 que aciem constituiebant: principes,
 virilem ætatem, & robustam attige-
 rant, & in secunda acie collocaban-
 tur. triarii jam senes & maturi, &
 in postrema acie subsidebant. unde
 igitur id expiscatus est Vegetius, prin-
 cipes apud veteres in prima acie pug-
 nasse? unde item illud, milites eos
 veteres & exercitatos fuisse? legerat
 nimirum apud medii ævi scriptores
 qui sub imperatoribus vixerunt, &
 de re militari scripserunt, principia
 legionum, in prima acie, & ante ac-
 circa signa semper collocari & ordi-
 nari solita: putavitque principes il-
 los quorum frequens apud antiquos
 auctores mentio, eosdem fuisse cum
 principalibus militibus vel principiis
 legionum, & eo principes dictos es-
 se, quod primi essent, & prima in
 acie dimicarent. in quo vehementer
 falsus est. non defuere tamen, qui
 primam principum classem antiqui-
 tus fuisse traderent, & primos in acie

prin-

ter ordinarios, deinde inter equites: duxit ordines, tribunatus egit, dux limitis Rhetici fuit: bibit quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus sæpe dicebat, *Non ut vivat natus est, sed ut bibat.* Quem quidem diu in honore habuit causa militiæ. Nam si quando legati Barbarorum undecunque gentium venissent, 2 ipsi propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret. 3 Ipse quantumlibet bibisset,

principes stetit, & in eum ordinem vulgo conscribi solitos, qui ditissimi essent è populo. hoc tradit Dionysius lib. iv. sed ne sic quidem principes illi qui in prima classe erant, iidem poterunt esse cum principalibus militibus, & principiis legionum. ordo vero ille quem scribit Dionysius, à Servio, nec diu duravit. apud Polybium & Livium hastatos semper primo loco pugnantes, secundo principes reperies. sed de tota hac re nos alio tempore & opere fusius, ubi multa ad militiam veterum pertinentia, adhuc intacta & intentata, & paucis cognita, immo nullis tractabimus.

CASAUBONUS.

1 *Ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atque ab his per vinum cuncta cognosceret.* Ita fuit moris Aureliano per hoc lenne tormentum, ut appellat lyricus, & legatis & aliis verum elicere. Supra de Firmo: *Fuit ei contentio cum Aureliani ducibus ad bibendum, si quando eum tentare voluisset.* alludit ad principum hunc morem Ambrosius De junio, cap. xvii. Plerique, ait, vino utuntur pro equuleo: & quibus tormenta non eliciunt vocem proditoris, eos tentant bibendo, ut patria statum, salutem civium, defensionis sue prodant consilia. Exemplum elicite in vino veritatis habes in Excerptis Legationum ex historia Eunapii.

GRUTERUS.

1 *Ipsi propinabantur, ut eos inebriaret.* Ita omnino Palatinus, eleganti sen-

tentiã, quemadmodum & Terentius, *hunc vobis devidendum propino: legebatur prius proxsus insubide: ipsi propinabati: ut eos inebriaret.*

SALMASIUS.

2 *Ipse quantumlibet bibisset semper securus, & sobrius.* Securus, ἐμφορῶ, qui eatenus bibit ut adhuc sui compos sit, & mente consistat. ita enim Græci ἐμφορῶν accipiunt, quem vinum scilicet non deposuit, nec de mentis statu deturbavit. ἐμφορῶν etiam dicebatur. nam proprie ἐμφορῶν, & ἐμφορῶν, qui suæ mentis est. ut contra πικρὸν ἐμφορῶν, & πικρὸν ἐμφορῶν cerniti homines & cerebri commoti. Xenophon de institutis Lacedæmoniorum: καὶ μὴ τὸ ἐπὶ οἴνῳ μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι, εἰδότες ὅτι οὐκ ἐνθάδε εἰδέμενοι κατὰ μὲν εἶσι, καὶ τῆ ὄρθη ὅσα ἡμέτερον ἔστιν. εἰδὲ γὰρ ὑπὸ φανῶν τῶν ἐμφορῶν ἔξει προέδοται. τῶν ἐμφορῶν, qui adhuc securus & sobrius est, ὑπὸ οἴνῳ μὴ σφάλλεσθαι, cui mens adhuc constat, cujus pedes ac manus adhuc officium suum faciunt, quem nondum vinum expugnavit, ac debellavit. ἀποχαρακωθῶν ὑπὸ οἴνῳ Græci eleganter dicunt, vino expugnari, & deponi. χαρακώσασθαι est munire. cujus contrarium ἀποχαρακώσασθαι, vallum rumpere, & excindere munimentum. Antoninus Liberalis in libro Metamorphoseon: καὶ ὁ λέων ὑπὸ λιμῶν τρυφῆ τωτῆ ἔγειται.

biffet, semper securus & sobrius; &, ut Onesimus dicit scriptor vitæ Probi, adhuc in vino prudentior. Habuit præterea rem mirabilem, ut quantum bibisset, tantum mingeret: neque unquam aut ejus pectus, aut venter, aut vesica gravaretur. Hic idem quum 15 quodam tempore * in Rheno Romanas lusorias Ger-

mani

ἡμετέριον, ἀπεχαρακώθη ὑπὸ τῶν οἴνων, vino depositus est. ἐμφρόνους & ἐμφορέτους, Græci vocabant homines sanæ mentis, ut contra παρεμφρόνους, & παρεμφορέτους, commotæ mentis & cæritos. Glossæ: cerritus, ἐμμοῦνης, παρεμφορέτου. ita vulgo editur. nec mutandum in παρεμφορέτου. nam φορέουσι pro φερέουσι dicebant, & φάραγμα pro φερέμα. Hesychius, ubi nulla mendæ suspicio potest esse: φάραγμα, φερέμα, παρεμφορέτου etiam apud eundem legitur, & ἀσελήν interpretatur. παρεμφορέτου, ἀσελήν, securus igitur est ἐμφρόνους. securus tamen heic posset accipi, cui tuto secreta committuntur, qui per vinum & ebrietatem ea non prodit. securus etiam homines hodie dicimus quibus arcana tuto possis credere. sic tutas aures quibus tuto creditur secretum, dixit Seneca lib. vi. de benef. cap. xxix. aures si deliberari velit diligentes, tutas; si credere, convictus familiaris. Bonosus hic legatos gentium barbararum inebriabat, & per vinum ab iis cuncta cognoscebat, cum ipse quantumlibet bibisset, securus tamen esset & sobrius, nec per vinum secreta Romana barbaris proderet, immo etiam adhuc in vino erat prudentior, ut Onesimus dicebat, scriptor vitæ Probi.

CASAUBONUS.

I Cum quodam tempore in Rheno Romanas luxurias Germani incendissent.] Vetusto errore depravatus hic locus: nam omnes scripti agnoscunt ridiculam vocem luxurias. scribendum ve-

ro clusurias, præcipiente Jacobo Cujacio, cujus Observationes ad eant titones libro tertio, cap. xxiv.

GRUTERUS.

2 In Rheno Romanas luxurias Germani.] Pal. luxurias, propius ad verum legendum enim vel lusorias: ita enim vocabantur naves quas Romani habebant in fluminibus contra barbaros, ultro citroque medio currentes alveo. vel certe clusurias, quod ultimum pluribus firmat elegantia omnis Arbiter Petrus Pithœus lib. i. Adversariorum subsecivorum cap. 14. videatur & Cujacius lib. i. i. Observationum cap. 24.

SALMASIUS.

2 In Rheno Romanas lusorias barbari incendissent.] Ita emendavimus cum vulgo excuderetur, Romanas luxurias. at Cujacius, Pithœus, Casaubonus legere heic malebant, clusurias. tantos viros, ac tam minime ineptos, adeo absurdam lectionem probare potuisse valde miror, aut ab uno excogitatam ceteros probavisse. scio clusuras, & clusas Latine quid appellantur. sed clusurias pro clusuras Latinos dixisse nemo est, qui mihi persuadere possit. quæ Latinis autem clusura, Græci κλεισθρας fecerunt, more suo, ut propius ad Græci nominis inflexionem accederent, quasi κλειειν dictæ essent. demus Latinum esse clusuriam. quid illæ facient in Rheno clusuræ? in medio scilicet Rheno castella ædificata accipiemus, & clusuras constructas? nihil absurdius. lusorias igitur vera lectio, & emendatio. per lusorias intelligit na-

ves,

ves, quæ in Rheno semper instructæ habebantur, & paratæ ad arcendos barbarorum transitus. in omnibus enim locis, in quibus barbari non limitibus, sed magnis fluminibus dividebantur, flumina illa navibus, quas lusorias dicebant, erant instructa, quibus ad quotidianas excubias utebantur, prohibendis barbarorum discursibus, & incursum. sic & in Rheno, & in Danubio lusorias habuere ad hanc rem. lusoriarum in Rheno meminit heic Vopiscus, & auctor Panegyrici Constantino dicti, cujus verba retulit doctissimus Pithoeus in adversariis. Lusoriarum in Danubio mentio apud Vegetium lib. v. cap. ult. *de lusoriis, quæ in Danubio quotidianis utuntur excubiis reticendum puto.* & in Cod. Theod. leg. unic. *de lusoriis Danubii.* Vegetius duo genera classium apud Romanos fuisse scribit, *liburnas, & lusorias.* liburnis in mari utebantur, lusoriis in fluminibus. ad limites autem, ubi flumina barbaros dividebant, non tantum in iis fluminibus disposita & armata haberi solebant lusoria, sed etiam in ripa eorundem fluminum crebra erant extructa castella per milites servanda, qui limitem tuebantur. hinc sæpe apud auctores junctim mentio fit castrorum, lusoriarumque. castra in ripa fluminis erant locata, lusoria in flumine ipso. leg. iv. Cod. de offic. jud. mil. *castrorum quinetiam refectiois, lusoriarumque curam habeant.* ita ibi legendum ex veteribus libris, qui scriptum habent partim *luxuriarum*, partim *lustriarum.* vulgo legitur, *lustrationis.* maximus Jurisconsultus emendabat, *clusuriarum.* quod non potest ferri. eadem lectio restituenda leg. curæ. Cod. de offic. mag. officiorum: *quemadmodum semilitum numerus habeat, castrorumque ac lusoriarum cura procedat, quotannis significare propria suggestione procuret.* in vulgatis editur, *clausularum.* libri scripti, ut scimus doctorum virorum testimonio, ibi exhibent, *clusuriarum.* nos *lusoriarum* legendum pertendimus. notandum autem est,

quod viri docti minime advertisse videntur, duas illas leges sumptas fuisse ex Theodosii Novella, *de ambibus, & lucris limitaneis imbi redhibendis,* ut ex inscriptione & subscriptione constat. Novella illa scripta est ab Imp. Theodosio & Valentiniano ad Nommum magistrum officiorum, vulgo, *Nomo magistro officiorum.* perperam, male etiam Cujacius, Nonio. subscriptione Novellæ ita habet: *Dat. prid. Id. Sept. Const. Maximo II. & Paterno Coss. scriptæ quoque illæ duæ leges Nomo magistro officiorum, & eandem utraque subscriptionem habet, nisi quod Paterio pro Paterno vitiose in subscriptione legitur, & II. Id. Sept. pro prid. Id. Sept. etiam male. nunquam enim Latini dixere, ante diem secundum Kal. Non. & Idus, sed semper, ante diem pridie Kal. Non. Id. sic igitur numerabant: ante diem quintum Idus; ante diem quartum Idus: ante diem tertium Idus: ante diem pridie Idus. & ita etiam Græci, *πρὸς πρῶτον, πρὸς τετάρτον, πρὸς μίαν εἰδῶν, πρὸς εἰδῶν.* vitabant enim nominare τὴν δυάδα, tanquam male ominatam. vetus auctor Græcus *ἄξι Βισέτης. λέγειν ἔν τῆς. Καλάνδους Ιανουαρίου τῆ ἀ Ιανουαρίου. τῆ β', πρὸς δ' ἑκταῖς Ιανουαρίου πρὸς μίαν Νοτίων, ὅτι ὀνομάζουσι τὴν δυάδα. Ἀπὸ τῆς ε' λέγουσι πρὸς β', ὡς ἀπὸ τῆς δυάδα.* sed hæc obiter. verba Novellæ, ex quibus lex quarta Codicis de offic. milit. sumpta est, ita sunt ex eadem lege iv. supplenda, ac refarcienda. mutila enim illa parte vulgo Novella est: *Castrorum quinetiam refectiois lusoriarumque curam habeant. Quibus enim principibus, castrorumque præpositis pro laborum vicissitudine, limitanti tantum militis, duodecimam annuarum partem distribuendam videlicet inter eos, magistræ potestatis arbitrio deputamus.* lex vero quarta, Cod. de offic. mag. offic. tota facta est ex his ejusdem Novellæ verbis: *id autem curæ perpetuæ tui culmini credidimus injungendum, ut tam Thracici, quam Illyrici, nec non etiam Orienta-**

Orientalis ac Pontici limitis, Aegyptiaci in super, Thebaici, Libyque, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac lusoriarum cura procedat, quotannis mense Januario in sacro consistorio significare nobis propria suggestione procures. perperam etiam hodie in illa Novella clusoriarum pro lusoriarum, habetur ex eadem. eodem genere mendi procluserat etiam in antiquissimis Flori exemplaribus scriptum olim invenimus ἀντὶ τοῦ προλυσέραι. nec semel alibi hanc mendi indolem mihi oblata memini exemplaria manu exarata volventi. cludere inquam, & pracludere, pro ludere & pracludere, & includere pro includere. quod & illi sciunt, qui veteres libros aliquando versarunt. inde etiam clusoria, fere semper cum vitio scriptum reperitur in libris pro lusoriae. quod librorum imperitia invexit, qui nesciebant quid essent lusoriae, & quum eas frequenter cum castris & burgis jungi viderent, putabant debere eas esse ac dici clusorias. lusoriarum porro apud Ammianum mentio non uno loco. classici milites, qui in illis lusoriis erant, lembarii dicebantur: qui in castris, castriani, & castriciani. utrumque meminit Aurelianus in epistola ad Ulpium Crinitum: hi compressi sunt septem millibus lembariorum, ripariensium, castrianorum, & Daciscorum. ita enim ibi correximus ex veteri libro. Lembarii milites vocabantur, qui in illis lusoriis constituti erant: riparienses vel ripenses, qui in ripa per cuneos dispositi, eam tuebantur. castriani vel castriciani, qui castra quae in limite extructa erant, tuebantur. castricianorum & ripariensium junctim meminit lex xviii. Cod. Theod. de re militari. de lembariis & ripariensibus, vel etiam castrianis intellexit auctor Panegyrici Constantino dicti, per haec verba: cum tamen haec tu magis ad gloriam imperii tui, & ornatum limitis facias, quam ad facultatem quoties velis in hostem transeundi, qui prope cum totis armatis navibus Rhenu in-

structus sit, & ripis omnibus usque ad Oceanum dispositus miles immineat. per naves quibus Rhenu instructus erat, haud dubium est quin intelligat Rhenu lusorias, quarum haec apud Vopiscum mentio. harum lusoriarum alia fuere judiciaria, alia agrarienses. lex unica, Cod. Theod. de lusoriis Danubii, jubet quotannis novas de integro construi in Moesiaco limite quattuor judiciarias, & decem agrarienses: in Scythico vero quinque judiciarias, & duodecim agrarienses. agrarienses eas fuisse puto, quarum quotidie usus erat ad agrarias, id est excubias faciendas: judiciarias, quae limitaneorum ducum, qui & iudices dicti, usibus serviebant, quoties limitem lustrare vellent, & flumen decurrere, aut etiam in hostes transire. lusoria porro proprie naves sic appellatae, quae nec ad usum belli, ut triremes & aratae, nec ad merces vehendas erant factae, sed ad lusum tantum & solas circumvectionis delicias habebantur. hinc lusorias & cabiculas, & cetera regum ludibria in mari lascivientium memorat Seneca, quas triremibus & aratis opponit. hinc λεωσάριον πολλοῖον Epiphano, lusoria navis, quo delicatus Hadriani Antiochus delicate per Nilum ultrocitroque lascivens vehebatur, quam & cum ipso in urbes Antinoi Hadrianus condidit, & consecravit. ὁ Ἀντινόου, inquit, ὁ ἐν Ἀντινόου κεκηδιδυμένον, καὶ οὐκ ἔλασσετο πολλὰ κέρδη, ἢ τὸν Ἀδελφῶν ἕως κελεπίου. lusorias etiam possit aliquis naves appellare quibus ludicra naumachiarum certamina in lacubus aut fluminibus, aut etiam mari edebantur. ludere etiam navigia dicebantur, quae pelago per lasciviam decurrentia, multiplices dabant motus, & impetus, ac recursus, variosque flexus edebant. quo genere plerumque per otium ludere nautae consueverunt. ad ostendendam artis peritiam, & navium habilitatem. Seneca epist. iv. eodem die ubi luserunt navigia, sorbentur.

mani incendissent, timore ne pœnas daret, sumpsit imperium: idque diutius tenuit quam merebatur. Nam longo gravique certamine à Probo superatus, laqueo vitam finivit. ² Tunc quidem jocus extitit, *Amphoram pendere, non hominem*. Filios duos reliquit, quibus ambobus Probus pepercit, uxore quoque ejus in honore habita, & usque ad mortem salario præstito. Fuisse enim dicitur (ut & avus meus dicebat) fœmina singularis exempli, & familiæ nobilis gentis Gothicæ: quam illi Aurelianus uxorem idcirco dederat ut per eum à Gotthis cuncta cognosceret. Erat enim illa virgo regalis. Extant literæ ad legatum Thraciarum scriptæ, de iis nuptiis & donis quæ Aurelianus Bonoso dari nuptiarum causa jussit, quas ego inferui: *Aurelianus Augustus Gallonio Avito salutem. Superioribus literis scripseram, ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares, decretis salariis, non ut singula acciperent, sed*

postea κατὰ χρονιασ quilibet minores naves, *lusorias* appellarunt. & inde *lusoria*, in fluminibus, levissima & expeditissima navigia, quibus ultro citroque flumina, decurrebant milites, ad tuendum limitem constituti, ut barbarorum excursus, & excursions in Romanam ripam prohiberent. nihil enim minus illæ quam *lusoria*; utpote quæ armatæ ipsæ, & militibus armatis essent instructæ. quod enim naves illæ quæ ad ludum, & lasciviam, & solas delicias fabricabantur, & proprie inde *lusoria* vocabantur, minoris ut plurimum formæ essent, propterea qualibet etiam minora navigia, quæ in fluminibus usui erant, *lusoria* appellarunt.

GRUTERVS.

¹ Idque diutius tenuit quam merebatur.] Et hæc bona lectio à Palatino. vulgati in hunc diem, quam rebatur.

² Tunc quidem jocus extitit.] Palatino quidem, forsitan melius vulgato.

SALMASIUS.

¹ Idque diutius tenuit quam rebatur.] Vet. ed. quam merebatur. quod non improbandum.

³ Gallonio Avito.] Eadem editio: Galloni Avito. forte: Galloni Avito.

CASAUBONUS.

⁴ Ut optimates Gothicas apud Perinthum collocares.] Potest accipi vox *optimates* communi notione de iis quæ in sua gente eminent. sic sæpe apud Marcellinum & alios. sed melius referas ad peculiarem vocis hujus usum in Gothica gente. pars enim Gotthorum ὀπιμαστοι καλεῖτο, inquit Olympiodorus in Excerptis à Photio. multa de his leguntur in Græcorum recentioribus scriptis: quæ ab eruditis viris collecta, prætermittimus.

¹ sed ut septem simul unum convivium haberent. Quum enim divisa accipiunt, & illa parum sumunt, & Resp. plurimum perdit. Nunc tamen quoniam placuit Bonoso Humilam dari, dabis ei ² juxta breve infra scriptum omnia quæ præcipimus: sumptu etiam publico nuptias celebrabis. ³ Brevis munerum fuit: ⁴ Tunicas palliolatas hyacin-

¹ Sed ut septem simul unum convivium haberent. Convivium, συμμέσσις, κατεσθίων, σπασίον. non enim est hic συμπίσιον.

GRUTERUS.

² Juxta breve infra scriptum.] Æque bene Pal. brevem. de quo supra.

³ Brevis munerum fuit.] Lectio isthæc est à Pal. præ quâ sordet vulgata; Brevis numerus fuit.

⁴ Tunicas palliolatas hyacinthinas.] Videtur fuisse primum in Palatino janthinas. non male.

CASAUBONUS.

⁴ Tunicas palliolatas.] Mixtum genus vestis & formam quodammodo referens, & usum præstans duarum, tunicæ & pallii. utraque vestis tam muliebris fuit quam virilis. non male, opinor, tunicas palliolatas dixeris, pallas manicatas quibus domituntur hodie matronæ, & mantelia cubicularia vocant. de istis vestibus compositæ figuræ ad Trebellii Claudium: ubi etiam expositæ sunt reliquæ vestes hinc nominatæ: nam interuile dilores paragaudes sunt intelligenda.

SALMASIUS.

² Juxta breve infra scriptum.] Juxta brevem infra scriptum. breves enim potius quam brevior dicebant. sequitur: brevis munerum fuit. ita correximus. cum vulgo etiam in editione Casauboni scriberetur: brevis numerus fuit. manifesto mendo.

⁴ Tunicas palliolatas.] Mixtum ge-

nus vestis, & ex duabus compositum, duarumque usum præstans, pallioli & tunicæ, hoc loco interpretatur vir magnus. sed ejus sententiæ non possum subscribere. pallioli dicitur essent istæ tunicæ, siquidem ex pallio & tunica concinnatæ forent, aut pallii figuram retulissent. sic chlamydes mantueles, non mantuatæ dictæ sunt, quæ ad formam manti erant factæ. sic sagochlamydes, formam sagi pariter & chlamydis referentes. verum palliolatæ tunicæ aliud fuere. ita enim videntur vocasse tunicas, quibus adnexa, & adjuncta erant palliola. palliolum breve capitis operimentum muliebre. Juvenalis:

— Dorida nullo

Cultam palliolo. —

Martialis:

Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

viri quoque palliola tegendo capiti, sed in morbo usurpabant. Ovidius:

Sæpe fac ægrotum similes, nec turpe putavis

Palliolum nitidis imposuisse comis.

ita scriptum in veteri libro legi, non pileolum, ut in editis habetur. notum illud Quintiliani: palliolum, sicut fascias & focalia, sola potest excusare valetudo. ut palliolata autem tunica quæ palliola adjuncta habebant, sic vestes cucullatæ vulgo dicebantur, quæ cucullos habebant. Isidorus: casula est vestis cucullata, dicta per diminutivum à casula, quod totum hominem tegat, quasi minor casula. ita & lorica cucullatæ, quæ cum cucullis erant, & totum hominem à capite contegebant usque ad pedes. Glossarium Arabicolatinum: lorix, cucullata lorica. Zaba. videntur

olim mulieres pro diversis tunicis diversa quoque habuisse palliola, ita ut talem tunicam cum tali palliolo gestarent. quod & hodie sciunt observare nostrae mulieres. quibus autem pro variis tunicis, varia & sua quaedam propria palliola sumebantur, solebant singulas tunicas suis palliolis instruere, quae & palliolatae vulgo videntur appellari consuetae, tunicarum cum palliolis junctim meminit Scævola leg. xxxviii. D. de auro, arg. mundo. legem ipsam huc adducemus totam, cum ut eam exponamus, quae à nemine hactenus intellecta est, tum ut impurissimo glossamento, quo inquinata est, liberemus. sic igitur legunt Pandectae Florentinae: *Semproniae Piae hoc amplius copertoria Tabiana, & tunicas tres cum palliolis quae elegerit dari volo. Quaero an ex universa veste, id est an ex synthesisi tunicas singulas & palliola Sempronia eligere possit. Respondit, si essent tunicae singulares cum palliolis relictæ, ex his dumtaxat eligi posse. quod si non est, heredem vel tunicas & palliola, sed ex synthesisi, praestaturum, vel veram aestimationem earum.* omnia recta sunt & sincera in hac lege praeter illud id est, quod interjectum videtur verbis Jurisconsulti ab imperito librario, nisi forte Tribonianus ipse, qui putaret universam vestem & synthesisin esse idem. nihil est quod aequae faciat contra mentem auctoris qui ita scriptum reliquerat: *quaero an ex universa veste an ex synthesisi singulas tunicas, & palliola Sempronia eligere possit.* totius autem legis sententia haec est. Semproniae Piae dari voluit testatrix tres tunicas cum palliolis, quae elegerit. quaeritur apud Jurisconsultum, utrum ex universa veste an ex synthesisi tunicas singulas, & palliola Sempronia eligere possit. profecto si universa vestis, & synthesisis idem fuisset, vane & frivole quaereretur, an Sempronia cui tres tunicas cum palliolis erant legatae, quae elegisset ipsa, tunicas illas singulas & palliola ex universa veste, & synthesisi eligere possit. quis de

hoc dubitare, aut super hac re controversiam poterat movere? cui permissum est eligere, tres tunicas cum palliolis, unde vero eligeret nisi ex universa veste? id est ex synthesisi? sed aliud synthesisis, aliud universae vestis. & quaestio haec erat, utrum Sempronia cui testamento datae erant tres tunicas cum palliolis quae elegerit, singulas possit tunicas & palliola ex universa veste eligere, an ex synthesisi. ad eam quaestionem ita respondit Jurisconsultus: *si essent tunicae singulares cum palliolis relictæ, ex his dumtaxat eligi possent.* hoc est, si inter vestem defunctae, tunicas singulares cum palliolis relictæ essent, quae scilicet in synthesisin reductae non essent, sed solutae, & incompositae haberentur, ex his dumtaxat tres tunicas cum palliolis eligere posse Semproniam. singulares tunicas vocat, τὰς μὲν ἴσθες, τὰς μὲν ἄλλοις. sparsas, & solutas, quae in synthesisin congregatae & compositae non erant. sequitur apud Scævolam: *quod si non est, heredem vel tunicas & palliola, sed ex synthesisi, praestaturum, vel veram aestimationem earum.* quod si, inquit, testatrix nullas nisi in synthesisin structas tunicas reliquisset, nullaeque in universa ejus veste, tunicas singulares, & extra synthesisin positae, repertae essent, tum heredem tunicas & palliola praestare debere, sed ex synthesisi: aut si synthesisin dissolvere ac dissipare nollet, (peribat enim synthesisis, aliquot ex ea vestibus deductis,) veram earum aestimationem praestaturum. sic igitur universa vestis, & synthesisis differerebant. universae vestis, & multas singulares vestes, & multas synthesises continebat. singulares vestes dicebantur, αἱ μὲν ἄλλοις, quae in synthesisi compositae non essent. quae in synthesisi struebantur, certo numero solebant secundum species inter se jungi & componi. septemque vestes ejusdem coloris, facturae, & materiae synthesisin unam constituebant. ut septem tunicas subfericæ coloris; septem purpureae: septem pallia auro

spat.

hyacinthinas subsericas: tunicam auro clavatam subsericam librilem unam, interulas dilores duas, & reliqua
que

sparsa. & sic de aliis. septenario enim numero semper construuntur synthefes vestium. hinc *septenaria synthefis Sagunti*, Martiali pro septem vasibus paribus f&ilibus. Statius:

Aut unam dare synthefin, quid horres?

Alborum, calicum atque caccaborum. ita legendum apud Statium: vulgo legitur, *Alborum calicum.* turpissimo mendo. alii pro *alvei*. sic apud Phaedrum in scriptis codicibus:

Alvos accipite, & cervis opus infundite.

Glossa: *alvus, αλυσ, αλυσ*. alibi: *alveus, αλυσ*. *synthefis alveorum*, septem alvei. ut synthefis calicum, & caccaborum, septem calices, & totidem caccabi. septem quoque vestes synthefin faciebant. pretiosa vero tantum vestes, & quæ raro usurpantur, quæque diebus festis solum sumerentur, ita per synthefes disponebantur. ut serica, subserica, colorata & aurata, & id genus claræ raræque vestes. quæ enim quotidie habitabantur, non ita solebant ordinari & in synthefin componi. hinc *synthefina vestis*, de synthefi, pro sumptuosa, & preciosa, qua coloribus, qua plumandi artificio veste. *synthefinam vestem* vocat Suetonius in Nerone. Dioni *χρῆσιον ἀνθίων* dicitur, id est colorata, aut variis coloribus picta tunica. tales enim & in synthefi struere consueverant, & in arca sic positas recondere. Martialis:

Et micat innumeris arcula synthefibus.

synthefes etiam vestes ejusmodi, quæ in synthefi poni solebant, vocabantur. apud Martialem multis locis. Tertullianus de Pallio: *Endromidis sollem aliquam multicia synthefi extraxit.* ubi *synthefis* manifesto pro synthefina veste, & quæ de synthefi veniebat. tales & *cataclistas* dicebant, Græca voce, *κατακλίστας*, quod in arca inclusa

servarentur. Apulejus: *ornatus nicea & cataclista veste.* sed de synthefibus, & cataclistas plura ad Tertulliani Pallium. palliolatæ tunicæ igitur hoc loco sunt, tunicæ cum palliolis suis, vel tunicæ quibus adjuncta palliola. ita enim solebant palliola cum tunicis jungi, ut ex verbis Scrvolæ liquido patet. deest autem numerus tunicarum palliolatarum, quas Hunilæ dari voluit Aurelianus.

[*Interulas dilores.*] De tunicis, & interulis sive lineis loratis abunde diximus supra. dilores autem & trilores & pentelores non dictæ sunt pro numero filorum aureorum quibus erant intextæ, ut censebat magnus Jurisconsultus, sed pro numero fasciarum vel institarum, & limborum, quibus erant ornatæ. *lora* enim institæ sunt vel fasciæ quibus vestes prætexuntur. quas & *paragaudas* dixerunt. nam *lorum* & *paragauda* idem. unde *paragaudia* vestis, & *lorata*, quam Græci *λαρωτικὴ* dixerunt, eadem. institas vocat Paulus Diaconus in vestibus Langobardorum: lib. iv. cap. xxiii. *vestimenta vero eis erant laxa, & maxime lineæ, qualia Angli Saxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis.* institas ejusmodi sive lora quibus ornabantur vestes, *ornaturas* etiam dixerunt, & *paraturas*. inde vox Græca infimi *αὐτῶν*, quod Hesychius interpretatur *κατακλίστων*. *ὄρνας* vocat Cædrenus, & *διδακτυλικαῖς ὄρνας*, latiores institas quibus vestes ornabantur: de Tiberio juniore: *ὄρνας διδακτυλικαῖς ὄρνας ἐν ταῖς σοκαῖς αὐτῶν κῆσμεν χεῖρην.* *orna* pro ornatione vel ornatura, pura puta vox Latina. quod & alibi tetigimus. sic enim hæc *orna* à verbo *ornare*, ut hæc *resona* à *resonare*. *resona*, ἡχώ.

qua matronæ conveniunt. Ipsi dabis aureos Philippeos centum, argenteos Antoninianos mille, aris H-S. decies.

Hæc

Glossa: ita hæc *vigila* pro vigilia à verbo *vigilo*. inde *vigla* & verbum *per-vigilare*. inde Græci recentiores *βιγλας*, *vigilias* dixerunt. sic *strigla* pro *strigila*, à *strigilo*. unde *striglatus*, *ἔσπρατος*. sic à verbo *anclare*, quod haurire significat, hæc *ancla* instrumentum quo aqua hauritur de puteis, quod *hausstrum* veteres appellabant. rotarum cados interpretatur Nonius. ita etiam plane *ancla* accipitur in hoc veteri Epigrammate nondum edito:

DE ANCLA.

Pendet, & haurit aquas, pendentibus evomit undas.

Et fluvium vomitura bibit, mirabile factum:

Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas

Volvitur, & veteres haurit nova machina lymphas.

aliud item vetus Epigramma habemus ex eodem libro *ἀνέκδοτον*, cujus lemma, *In anclis*. ut ab *ancla*, hæc *ancla*: sic ab *orno*, hæc *orna*. *margella* hujusmodi ornaturas & lora Larini etiam vocarunt. *margum* enim vel *margus*, idem quod *margo*. hinc diminutiva *margulum*, & *margellum*, pro limbo vel margine quo vestis ornatur. Sidonius: *vestimenta puniceis marginata limbis*. Græci recentiores *μαργέλλια* vocaverunt ex Latino. *margellam putei* pro margine etiam Burgundiones dicunt hodie.

I. *Aris HS. decies.*] Expresse in veteri editione: *sestertium decies*. quam summam notum est centum millia aureorum efficere, quales erant tunc in usu apud Romanos. mirum vero tantam summam, & tantam quidem in *are*, Aurelianum Bonoso dari jussisse, cum tantulam in auro, &

argento daret. ecce enim in auro dari jubet ei aureos Philippeos centum, in argento, Antoninianos argenteos mille, hoc est si ad aurum redigantur, aureos quadraginta, in *are* autem, centum millia aureorum. atqui solebant tantumdem ferme in *are* donare, quantum in auro & argento, aut non multo plus, & aliquando etiam minus, ut ex sequentium locorum collatione patebit. Valerianus Aureliano per epistolam decernit ad sumptus diurnos, *aureos Antoninianos binos, argenteos Philippeos quinquagenos, aureos denarios centum, argentei quinquageni duobus aureis valebant*. sic tantumdem dat in argento, quantum in auro. & *trei denarii centum, qui & sestertii, unum tantum aureum efficiebant*. sic dimidio minus datum illi est in *are*, quam in auro & argento. idem Valerianus in epistola ad Mulvium Gallicanum, quæ in vita Probi posita est, Probo dari jubet, *aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, & aureos Philippeos decem millia*. decem millia *areorum* idem valebant, quod centum aurei. at mille argentei, quadraginta tantum aureis permutabantur. sic multo minus in argento heic datur quam in auro, & *are*. eundem autem omnino auri & argenti numerum in hac epistola Aureliani habemus expressum, quem in illa Valeriani: sed *aris* summa plane exorbitat, & extra legem modumque tenditur. quis enim credat uni duci vel tribuno ex mera principis liberalitate centum Romanorum aureorum millia, hoc est nostratum ducenta & quinquaginta millia semel fuisse donata, & quidem in *are*, præsertim cum centum tantum aureos tam in auro quam in argento acciperet? nemo itaque eripuerit mihi quin

Hæc me legiſſe teneo de Bonofu, & potui quidem horum vitam præterire, quos nemo quærebat. Attamen, ne quid fidei deeſſet, etiam de iis quæ didiceram intimanda curavi. ſuperſunt mihi Carus, Carinus, & A. Numerianus: nam Diocletianus & qui ſequuntur, majore ſtylo dicendi ſunt.

quin legendam putem hoc modo:
aris feſtertios decem millia. æreorum feſtertiorum decem millia, centum aureos reddunt. ſic tantumdem in ære datum Bonofu, quantum in auro. & hic numerus auri, argenti, & aris quem Bonofus juffu Aureliani hic accipit, juſtis calculis omnino par eſt illi quem Probo Tribuno dari jubet Valerianus in epiftoſa ſua.

ut hinc ſit manifeſtum, tribunum eo tempore fuiſſe Bonofum, quodanda hæc illi decrevit. aris feſtertios hoc loco vocat Aurelianus, quos *æreos* ſimpliciter dixit Valerianus. *aræi*, & *aræi feſtertii*, & *aræi denarii*, & *folles* ea tempeſtate de eodem pecuniæ genere dicebantur, ut alibi pluribus oſtendimus.

Ccc 4

FLA-